Caput. xv. Erunt ſigna in ſole, & cætera. Hominibus areſcentibus pre ex-
pectatione eorum quæ ſuperuentura timentur. Apparebit ſignum filij ho-
minis angeli congregabunt electos cum tuba vocis magnæ, Similitudo ficu
quæ prima omnium fere germinat.

STatim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabi- Matth.24.
tur, & luna non dabit lumen ſuum & ſtellæ cadent de cælo. Et erunt Mar.13.
ſigna in ſole & luna & ſtellis. Iuxta Lucam, præ confuſione ſonitus Lucæ.21.
maris & fluctuum, Græce autem ſic: en aporia, id eſt perplexitate ſiue deſpe-
ratione. Poteſt ſic legi, præ deſperatione, reſonante mari & fluctu: areſcentibus
A hominibus, apopſychonton: quod ſonat exanimari dolore, ſiue extabeſcere,
præ timore & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi: id eſt
mora aduentus eorum quæ ſuperuenient. Tres euangeliſtæ: nam virtutes cælo-
rum mouebuntur. Matthæus. & tunc parebit ſignum filij hominis in
cælo. Tenendo expoſitionem litteralem textus præcedentis iuxta mentem Abulenſis, ly ſtatim non di-
cit conſequutionem temporis, quaſi dicas, ſtatim ab euerſa Hieroſolyma. Sed cum dixiſſet multa de pſeu-
do prophetis, quæ præcedere debebant ſubuerſionem Hieruſalem, quæ omnia valde ſimilia fuerunt
his quæ fient tempore antichriſti, dicit dominus Ieſus ſtatim poſt tribulationem dierum illorum videli-
cet antichriſti, ſol obſcurabitur & luna conſequenter, & ſtellæ videbuntur e cælo decidere, ſcintillis per
aera diſcurrentibus, ſicut cum nix deſcendit de cælo ſtellæ. Eo enim quod remotis nubibus, non vide-
B buntur lucere, ſole non lucente, videbũtur cecidiſſe: quod eſt ſecundũ fulgere ſuum cadere de cælo. Et hæc
ſunt ſigna quæ iuxta Lucam fient in ſole luna & ſtellis. Multa quidem ſigna præceſſerant aduentũ eius
primum in forma ſerui, ſigna autem illa terrena erant, ſicut ignis in rubro, Exo. 3. Virga verſa in colu-
brum. Exo. 4. Ros in vellere. Iudi 6. Lapillus abſciſſus de monte, Daniel. 2. Viſio Ezechiel de electro, Gene.28.
cap. 1. Viſio Eſaiæ, domini ſedentis ſuper ſolium excelſum, cap. 6. Et viſio Iacob ſcalæ, cui innixus erat Apoc.5.
dominus. Quæ tamen ſigna verum eſſent ſigna aduẽtus eius in carne, nemo nouerat vel admodum pau-
ci, antequam agnus occiſus librum aperiret & ſolueret ſignacula eius. Cæterum aduentum eius ad iudi-
cium, vbi miſericordiæ nullus eſt locus, multa etiam ſigna præcedent, ſed longe diuerſa ab illis quæ præ-
diximus, vt nemo cauſetur, quod dies domini tanquam fur in nocte veniet. Dedit enim dominus & datu- Pſal. 59.
rus eſt ſignificationem metuentibus eum, vt fugiant a facie arcus. Cauſæ enim multorum iuſtorũ qua-
ſi impij eſſent, iudicatæ ſunt, ſicut cauſa Abelis, Naboth, Zachariæ, Ioannis Baptiſtæ, & cauſa tua o bo- Iob.36.
C ne Chriſte, ideo cauſam iudiciumque recipiens. Cum enim accepero tempus, iuſtitias iudicabo, qui mul- Pſal.74.
torum cauſas pecunia, prece, metu, affectione vel ignorantia peruerterunt, ſoluentes Barrabam, con- Lucæ.18.
demnantes iuſtum iudicem. Sunt enim iudices multi, qui nec deum timent, nec verentur homines. Quid
igitur faciet iudex vniuerſorum, clamante ad eum ſanguine Abel? Gene. 4. Stabunt enim iuſti in ma-
gna conſtantia aduerſus eos, qui abſtulerunt labores illorum, quique eos anguſtiauerunt. Solius autem
Dei eſt iudicium iuxta veritatem, quomodo conuinere neſcit, ipſe eſt iudex & teſtis: non iudicat iuxta al-
legata, non ſecundum viſionem oculorum. Eſai. 11. Non ſumit facies peccatorum, ſed cauſas inſpicit. Quã- Sap. 5.
diu igitur deambulat in paradiſo, & cunctatur venire dicens, deſcendam & videbo (Gene. 18.) & certent Hebre. 7.
nos ſignis cæleſtibus, fugiamus ad thronum clementiæ & gratiæ ſuæ, quia omnino oportet nos exhiberi Pſal.55.
ante tribunal eius, vt referat vnuſquiſque pro vt geſſit. Aperientur enim libri neſcio qui, & calendaria, Gene.3.
D Apoc. 20. Audi Lactantium. Appropinquante huius mundi termino, humanarum rerum ſtatum con- Hebre.4.
turbari neceſſe eſt, & in deterius (nequitia inualeſcente) prolabi, vt iam noſtra hæc tempora (ferrea pru- 2.Cor.5.
dens lector) quibus iniquitas & malitia (charitate frigeſcente) vſque ad ſummum gradum creuit, in il- Lactant.7.
lius tamen inſanabilis mali comparatione fœlicia & prope aurea poſsint iudicari. Ita enim iuſtitia ra-
reſcet, fugata pace, impietas & cupido & auaritia crebreſcet, vt ſi qui tunc forte fuerint boni, prædæ ſint
ſceleratis, ac diuexentur vndique ab impijs. Soli mali opulenti ſint, boni vero egeſtate tabeſcant. Con-
fundetur omne ius, & leges veterabunt. Nihil tunc quiſpiam habebit, niſi quod vi & armis occupaue-
rit: Non fides, non pax, non pudor, non virtus erit, atque ita neque ſecuritas, neque aliquis in repu-
blica ordo. Omnis enim terra tumultuabitur, fremient vndique bella, non licebit ab armis vel pun-
ctum diſcedere. Denique omnis ordo natura turbabitur ad vltionem impiorum. Quomodo ſicut cum Sap.5.
vnum populum deus vocare voluit ad libertatem, & ad terram quæ fluit lacte, vnum tantum regnum
E & vna gens flagellata eſt, ſic cum omnis electos dominus congregare voluerit a quattuor ventis, om-
nis creatura armabitur. Et erunt quidem primum ſigna in ſole luna & ſtellis. Multa autem ſigna legi-
mus facta in ſole, ſtetit enim, Ioſue. 10. Retroceſsit, Eſai. cap. 38. Obtenebratus eſt, moriente domi-
no. Matth. 27. Et tertia eius pars obſcurata eſt, Apoc. 8. Nouiſsime autem in conſummatione ſæcu- Hierony.
lorum erubeſcet iuxta Eſaiam. 24. caput. Hieronymus. Quare erubeſcet? Nempe cernens homi-
nes qui ſuo fruebantur lumine, nihil dignum Dei bonitate feciſſe. Dicit autem alibi, ſtellæ cæli non
expandent lumen ſuum, obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo. Iuxta litteram, P. ſolem & lunam & ſtel- Eſai.13.
las rex Balthaſar regina & principes intelliguntur. Hieronymus. Cum dies domini crudelis adueneri- Idem.
rit, præ timoris magnitudine mortalibus cuncta tenebreſcent, ita vt ſol ipſe & luna aſtraque cæ-
tera ſuum videantur negare fulgorem. Vnde & cælum ſacco induitur, quod ſcilicet tenebræ Eſai.50.
XX cuncta

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

cuncta operiant, & premetibus malis, nihil aliud ſentiant homines, niſi quod mens videre compellit,
Cæterum ſigna hæc in ſole & luna non erunt qualia ſicut ſæpe videmus fieri in coniunctione lunæ cum
ſole, aut in oppoſitione lunæ ad ſolem. Primum quia ecclypſis ſolis nunquam fit toto orbe, ſicut notum
eſt, tunc autem ſol toti orbi lumen ſuum ſubtrahet, faciente domino. Secundo, quia ſolis ecclypſis vix eſt
quattuor partis horæ vnius, & eſto eſſet vel duraret diutius, intra horam vnam euaneſcit obſcuritas au-
Eſai. 30. tem hæc quæ t[illegible]um occupabit orbem, forte durabit die integro, ad terrorem impiorum, in die autem iu-
dicii ſol lucebit ſeptempliciter & luna ſicut ſol, in die qua alligauerit dominus vulnus populi ſui. Erit &
Hierony. in terris preſſura Gentium, &c. Natura hominum talis eſt iuxta Hieronymum, vt prementibus malis
Eſai. 15. & anguſtiarum pondere, in proximo magis quam in ſe habeant fiduciam. Vnuſquiſque inquit propheta
ad fratrem ſuum ſtupebit. Naturale eſt enim vt prementibus malis, alios ſapere plus putemus. Ambula-
bunt igitur homines cæci, perplexi & veluti deſperantes, quia domino peccauerunt. Sopho. 1. Confuſio
autem maris nec dum [illegible] exorta eſt, ſed erit. Multa iam prænuntiata completa ſunt, nulli dubium quin P
etiam ſequantur pauca quæ reſtant, quia ſequentium rerum certitudo, eſt præteritarum exhibitio. Intu-
meſcet igitur mare vltra ſolitum, triſti fragore reſonantibus fluctibus, vnde vehemens animorum deſpe-
ratio corripiet omnes gentes, præ timore & expectatione malorum, quæ ſuperuentura opinabuntur v-
niuerſo orbi. Et merito. Concutietur enim non ſolum tota rerum natura, ſol luna, aſtra, mare homines &
iumenta, verum & ipſæ virtutes angelicæ mouebuntur, vt faciant quædam opera inſolita ac maiora.
Quod ſi in virtutibus cæleſtibus erit hæc mutatio in aduentu iudicis, non mireris ſi ſol obſcuretur & lu-
Origenes. na, & aſtra videantur cadere de cælo. Origenes. Quemadmodum id magnis ignibus ſuccendi incipienti-
bus, tenebræ ex fumo plurimo videntur extolli, ſic in conſummatione mundi ab igne qui accendendus
eſt obſcurabuntur etiam luminaria magna, vt ſole obſcurato, conſequenter nec luna potens a ſole lumen
recipere, nec proprium lumen dare ſinatur. Et ſic neceſſe eſt comprehendant primum mundi naturam te- O
nebræ magnæ. Vel ſicut in diſpenſatione crucis ſole deficiente tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram,
ſic & ſigno filij hominis apparente in cælo, ſicut ſequitur in textu. deficiet ſolis lumen & lunæ & ſtella-
Hierony. rum, quaſi conſumptum a multa virtute ſigni illius. Hieronymus. Si igitur luminaria magna & ſtellæ quę
ad ſolatium noctis creaturæ ſunt & accenſæ, omneſque virtutes quas angelorum multitudinem intelli-
gimus, in aduentu Chriſti in tenebras reputabuntur, decutiatur ſupercilium eorum, qui ſe ſanctos arbi-
Auguſt. trantes, preſentiam iudicis non formidant, cuius vox eſt, ego ſum iudex & teſtis. Hiere. 29. Auguſtinus.
Non ergo vt iudex terrenus quæſiturus eſt teſtes vt te conuincat, aut veritatem per tormenta exquiſitu-
rus eſt, vt confeſſum puniat: Cum ſedeat Iudex ipſa iuſticia, & teſtis ſit etiam ipſa mala conſcientia, iux-
Chryſoſt. ta illud, tu noſti omne malum cuius conſcium eſt cor tuum. 3. Reg. 2. Ad hæc Chryſoſt. Tunc apparebit
ſignum filij hominis. Crux quidem apparebit ſed cum virtute. Habet autem eam ſecum, vt peccatum im- H
piorum ſine accuſatione condemnetur, veluti ſiquis lapide percuſſus, ipſum lapidem vel cruentas veſtes
in teſtimonium oſtendat. Videtur dicendum quod crux appareat ante Chriſti aduentum, eo tempore quo
obſcuratis ſole & luna, horrenda quædam [illegible] occupabit totum orbem, crux autem fulgebit clarior ſole.
Si autem requiras quid intellexerint apoſtoli per ſignum filij hominis, dicendum quod de cruce ipſi nihil co-
gitabant, & maxime dicente ſcriptura, maledictus omnis qui pendet in ligno, ſed intellexerunt vexillum
aliquod, ſicut ante reges aliquando vexilla præferuntur, putabant enim eum omnino regnaturum ſicut
David & Salomon. Videbitur igitur ſignum filij Dei, obſcuratis ſole & luna & aſtris cæteris. Et tunc
plangent omnes tribus terræ. Græce eſt, copſonte, vt intelligamus planctum inſanum, qui ſit,
vbi quis præ doloris impatientia ſuum ipſius corpus cædit ac lacerat. Copto enim ſignificat Cædo, per-
cutio, incido & pulſo, inde copſonte, cædent ſe, percutient & incident tanquam amentes, & qui ſero ſa- I
pugnent. Tres euangeliſtæ: Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli
cum virtute multa & maieſtate, & gloria, Matthæus & Marcus. Et mittet angelos
Sco. in 4. ſuos, Matthæus, cum tuba & voce magna: Matthæus & Marcus: Et congregabunt ele-
dist. 43. q. 5. ctos eius a quattuor ventis, a ſummis cælorum vſque ad terminos eorum, a ſummo
a. n. terræ vſque ad ſummum cæli. Quod dicit, cum tuba & voce magna, Græce eſt, Meta ſalpin-
gos phones megalos, id eſt cum tuba vocis magnæ, vt intelligas tubam vocalem &
aut cum tubæ voce magna. Vocaturus non vocatus, aderit Chriſtus. Mors & ſenecta. procul ſonantem,
gem iſte inſanus & nullius frugis de ſera pœnitentia erit. Sapien. 5 Plangent igitur, præ timore & ex-
pectatione. Quorū? Quod ligatis manibus & pedibus proijcientur in tenebras exteriores, vbi erit perpe-
tuus planctus & ſtridor dentiū. Dicit autē plangent omnes, quia de omnibus prouincijs terræ aliqui col- K
Matth. 21. locabuntur ad ſiniſtram cū hædis. Et tunc videbunt filium hominis venientē in nubibus cæli. Origenes. Si
Matth. 25. ſiquidem vt ne terram calcaret filius Dei Hieroſolymam iens, diligentes eum, ſtrauerunt veſtimenta ſua
Origenes. in via, neque aſellum qui portabat eum volentes terram calcare, quid mirum ſi pater & deus om-
nium nubes ſternat cæleſtes ſub corpore filij deſcendentis ad opus conſummationis? Et licet in primo ad-
uentu venerit cum virtute, qua ſanabat omnem languorem, & faciebat quæcunque volebat, tamen
Matth. 21. virtus illa erat exinanientis ſe ipſum, tunc autem veniet cum claritate quam habuit, priuſquam mun-
Philip. 2. dus fieret. Veniet igitur cum poteſtate magna & maieſtate & gloria. Maieſtate oſtendet quis ſit, po-
Ioan. 17. teſtate autem quid poſsit in reprobos, gloria vt remuneret electos ſuos. Et mittet angelos ſuos cum tuba
vocis magnæ, & congregabunt electos, & cætera Oportet enim corruptibile hoc induere incorru-
Hierony. ptionem. Hieronymus Cum dicit, hoc, quodammodo duobus digitulis comprahendit corpus
circundatur

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

oſtenditur, hoc in quo cotidie morimur, hoc quod timent recipere, qui curam carnis fecerunt in deſiderijs.
Hoc quod virginitas expectat ad premium, adulterium formidat ad pœnam. Congregabit igitur mini- Rom. 13.
ſterio angelorum corpora electorum ſuorum a quattuor ventis, hoc eſt dictu, quocunque fuerint diſperſæ
partes materiæ cadaueris in vno quolibet elementorum duobus tribus ve, omnes materiæ partes ſimul
colligentur in vnum, vt ne vel capillus vnus pereat, idque breuiſſimo tempore fiet, quod & apoſtolus in- Lucæ. 21.
nuit dicens, in ictu oculi. 1. Cor. 15. Vide ad hoc Apoc. cap. 20. Et cum audis congregandos electos cantū,
intellige, quod tam oues quam hædi congregabuntur. Quattuor igitur fient in iſta congregatione. Primum con
gregatio partium diſperſarum in vnum locum. Secundum formatio corporum. Tertium corporis infor-
matio ab anima intellectiua. Quartum hominum iam excitatorum ad vnum locum deductio. Horum Reſurrect.
quattuor tria fient miniſterio angelico videlicet primum ſecundum quartum. Tertium autem ſolius dei eſt, Cap. 14.
A dicente Iob: vocabis me, & ego reſpondebo tibi. Qua voce vocabis me: Tuba vocis magnæ, ita vt au-
diatur ab ijs qui ſunt apud inferos. Apparet autem in hoc ſumma angelorum ſapientia, qui partes cadaue- Angeli.
ris vnius (Verbi gratia) etiam in decies mille diuiſum atomos, in præſtinum corpus reſarcient, vt ſit idem
corpus numero quod erat ante mortem. De hac tuba dicit apoſtolus. Canet enim tuba, & mortui reſur-
gent. Quæ autem ſit tuba hæc: Quid ve canet, apoſtolus non dicit, quicquid tamen cecinerit nihil aliud
intelligi poteſt, quam aliquod præclarum & euidens ſignū, quod vocatur vox archangeli & tuba Dei. 1. The.
cap. 4. Ipſe inquit dominus in iuſſu & voce archangeli & tuba Dei deſcendet. Ergo iuſſu Dei fiet reſurre-
ctio, ſed iuſsio nota fiet voce vnius angeli vel multorum, quæ erit terribilis & vniuerſalis in toto mūdo,
iuxta illud, a quattuor ventis veni & inſufla ſpiritus, vocatus & tuba Dei. Auguſtinus. Siquid autem August.
mouet quempiam, quid opus ſit ſpiritibus defunctorum corpora ſua in reſurrectione recipere, ſi poteſt e- Ezech. 37.
B tiam ſine corporibus ſumma illa beatitudo præberi, difficilis quæſtio eſt. Sed tamen minime dubitandum
eſt, & raptam hominis a carnis ſenſibus mentem, & poſt mortem ipſa carne depoſita, & tranſcenſis etiā
ipſis ſimilitudinibus corporalium, non ſic videre poſſe incommutabilem Dei ſubſtantiam, vt ſancti an-
geli vident, ſiue alia latenti cauſa, ſiue ideo quia ineſt animæ quidam naturalis appetitus corpus admini-
ſtrandi, quo appetitu retardatur quodammodo, & contrahitur, ne tota intentione pergat in illud ſummū
bonū (ſicut vaccæ mugiūt pro recluſis vitulis) quamdiu non ſubeſt corpus eius (ſecunda videlicet ſtola) cuius 1. Reg. 6.
adminiſtratione appetitus ille conquieſcat, vt cum quo ſimul compaſſa eſt, ſimul conregnet. Ita dicit Ori Origenes.
genes. Si ſola anima quæ non ſola certarat, coronetur, & corpus ſui vaſculum quod ei cum magno labo-
re ſeruiuit in frigore caumate & vigilijs multis, nulla agonis & victoriæ premia conſequeretur: Quomo-
do non contra omnem rationem videbitur, vt naturalibus vitijs atque ingenitæ libidini propter Chriſtum
C Caro reſiſtens, & caſtitatem obtinens cum ingenti labore, qui continentiæ labor vtique aut maior carnis Figura.
quam animæ eſt, aut certe vtriuſque equalis, premiorum tempore altera velut indigna rejiciatur, altera veniat Num. 10.
ad coronam? Itaque animæ mugientes pro vitulis ſub altare Dei (Apoc. 6.) acceperunt reſponſum adeo, Leut. 23.
vt ſuſtineant modicum, donec impleatur numerus fratrum ſuorum. De vſu autem ſacerdotalium tubarū, Sapien. 5.
ſciendū quod quadruplex erat, videlicet conuocare ſeniores ad concilium, excitandi milites ad pugnam, ſolē-
nizare feſta domus Iſrael, & caſtra mutandi. Quæ ſpiritualiter applicari poſſunt: Quia & congregabū-
tur electi Dei a quattuor ventis, armabitur omnis creatura in vltionem inimicorū crucis Chriſti. Philip. 3.
Et per omnes vicos Hieruſalem cantabitur alleluia, Tobiæ. 13. Dicente domino vnum verbum bonitate
ſua plenum, venite benedicti in regnum patris mei, in terram quæ fluit lacte. Exo. 3. Expugnata Hiericho, Matth. 25.
quæ figuram tenet ſæculi huius, quorum muri ceciderunt ad ſonitum tubarum ſacerdotaliū, Sequitur ex
tribus euangeliſtis. Ab arbore autem ficu diſcite ſimilitudinem, cum iam ramus eius te-
D ner fuerit & folia nata, ſiue videte ficum & omnes arbores, cum producunt iam ex ſe
fructum, ſcitis quod prope eſt æſtas, Lucas, his autem fieri incipientibus, aſpicite & leua
te capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra, videre ficum & cætera. Ita
& vos cum videritis hæc omnia fieri ſcitote, quoniam prope eſt, Matthæus, in ianuis
vel oſtijs: Lucas, regnum Dei. Tres euangeliſtæ, Amen dico vobis, non præteribit gene-
ratio hæc, donec omnia fiant. Cælum & terram tranſibunt, verba autem mea non tran
ſibunt. Cum ſermo hic de aduentu ſuo ſecundo ſit, manifeſtum eſt verba iſta, his autem fieri, & cæ- Matth. 28.
tera. Non ad eos qui aderant dirigi, ſed ad illos quibus dictum eſt: Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad con-
ſummationem ſæculi. Et ad eos quos Paulus alloquitur dicens, ſi in hac vita tantum ſperamus, & cum Heb. 21.
illa omnis labor noſter perit cum impenſa, miſerabiliores ſumus cunctis hominibus, qui ducunt in bonis Rom. 8.
E quo ad poſſunt dies ſuos, & a morte nihil mali præſtolantur. Sed non ita eſt, ſed anima redempta pre-
cioſo ſanguine agni, expectamus redemptionem corporis noſtri, quod adhuc hæret in ſalo ſæculi hu-
ius, in quo reptilia ſine numero, quæ compenſato nobiſcum agone luctantur. Sed durate vos mei, re-
buſque ſeruate ſecundis, Non enim longe eſtis a regno Dei. Cum enim videretis Pharaonem plagis Hiere. 2.
multis cæſum, nec tamen recepiſſe diſciplinam, ſed pœnitentia ductum, populum Dei rurſus velle ad Exo. 14.
captiuitatem pertrahere, impetuque præcipitem ferri in mare: Scitote quod cum interitu eius & om-
nis exercitus ſui, appropinquat & redemptio veſtra, & quod prope eſt, imo iam adeſt regnum Dei, de
quo ſcriptum eſt, oculo ad oculum videbunt (Eſai. 52.) Videbunt autem quæ oculus non vidit deus abſ
que te: videbunt quæ in cor hominis non aſcenderunt. 1. Cor. 2. Valde enim multum remota ſunt ab Eſai. 64.
humano ſenſu & ſcientia & opinione & cogitatione, quæ deus præparauit in regno ſuo his qui di-
ligunt aduentum eius. 2. Timoth. 4. Vbi illud occurrit admiratione dignum, quod ſancti iux- Pſal. 70.
ta quod canit propheta, adijcient ſemper ſuper omnem laudem Dei, cantantes ſemper quaſi can-



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ticum nouum, Apoc.14. Ab arbore autem fico diſcite ſimilitudinem. Quædam ſtatim in germinatione
Matth.16. florent properantque in eo, ſed matureſcunt tarde vt vites. Serotino quædam germinatu florent, maturantque celenter, vt morus, quæ nouiſsima vrbanarum germinat, nec niſi exacto frigore, ob id dicta ſapientiſsimæ arborum. Sed cum cœperit, in tantum vniuerſa germinatio erumpit, vt nocte per agat eiā cum ſtrepitu. Eſtque ſenſus. Sicut ſe habent ficus & omnes arbores ad æſtatem, ita & hæc prædixi ſigna ad diem aduentus filij hominis, vt reddat vnicuique iuxta opera ſua. Cum enim ramus ficus tener fuerit (ſentit autem gemmam, vnde erumpunt flores vel folia) & folia nata, ſignum eſt euidens inſtantis veris. Ita igitur & vos cum videritis obſcurari ſolem, lunam, & ſtellas, id eſt cometes velut cælo decidere, (quorum tamen nullum apoſtoli viderunt) ſcitote inſtare in ianuis regnum Dei, appropinquareq; redemptionem veſtram. Et reuera in ianuis erat dominus diuiti illi (Lucæ.12.) qui ſibi in conſulta Atropo, annos promittebat multos & bonos, qui dicebat animæ ſuæ, habes multa, & cætera. Et præciſa eſt tela ſua eadem nocte. Tu autem obſerua quomodo filij huius ſæculi habent hic æſtatem ſuam, iuſti au- F
Gene. 48. tem ſemper ſunt in hyeme, verumtamen cancellabit aliquando Iacob manus ſuas. Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, &c. Hæc verba referenda ſunt ad ea ſigna quæ præcedere debebant euerſionem Hieruſalem. Superſtitibus enim multis ex colonis impijs, qui miſerūt manus in hæredem (Matth. 21.) euerſa eſt Hieruſalem. Non igitur præterijt generatio illa donec omnia quæ prædixit dominus rebus expleerentur, & nec iota vnum vel apex præterijt, quin debitum ſortiretur finem. Poteſt ſic exponi verbum hoc iuxta Theophyl. & Chryſoſtomum. Non præteribit generatio hæc Chriſtianorum, donec om-
Theophy. nia fiant, quæ de Hieruſalem & aduentu antichriſti dicta ſunt. Hoc autem dicit ad conſolationem apo-
Ioan. 20. ſtolorum, & eorum qui non videntes, crediderunt, ne timerent inter tot antichriſtorum & perſequutorum
Pſal. 128. procellas fidem eccleſiæ defecturam, quæ frequenter impugnata eſt a iuuentute ſua. Dicit autem domi-
Hierony. nus, ꝙ facilius ſit elementa ipſa deficere, ꝙ verba ſua effici caſſa & ſine effectu. Hieronymus. Cælum & G
terram ex conditione ſuæ creationis nihil habent neceſsitatis in ſe vt ſint vel non ſint, niſi quatenus portantur verbo potentiæ verbi. Verba autem Chriſti æternitate deducta, id in ſe continent vim virtu-
Num. 23. tis vt maneant. Non eſt enim deus vt homo qui mentiri poſsit, vel pœniteat. Gregorius. Nihil in rerum
Gregorius corporalium natura cælo & terra durabilius, nihil autem tam velociter quam verba tranſeunt. Eſt ergo ſenſus: Omne quod apud vos durabile eſt ſine mutatione, durabile non eſt ad æternitatem. Et omne quod apud me tranſire cernitur, fixum & ſine tranſitu tenetur, quia ſine mutabilitate manentes ſententias exprimit meus ſermo, qui tranſit. Facilius eſt igitur fixa & immobilia deſtrui, ꝙ ſermonum Chriſti aliquid decidere, cuius verbo cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum Pſal.32.

Caput. xvi. Attendite a crapula & curis ſæculi. De die illa nemo ſcit. Sicut H
fuit in diebus Noe ita aduentus filij hominis. Similiter ſicut fuit in diebus Loth, ædebant, & bibebant, & plantabant, & ab igne conſumpti ſunt. Mementote vxoris Loth. Duo in lecto, duo in agro, duæ molentes, &c. Vbi fuerit corpus, congregabuntur aquilæ. Vigilate omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere mala iſta.

ATtendite autem vobis, ne grauentur corda veſtra crapula & ebrie-
Luce. 21. tate, & curis huius vitæ, & ſuperueniat repentina dies illa. Tanquam enim laqueus ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. Matth. & Marc. De die autem illo & hora nemo ſcit, neque angeli cælorum. Marcus, neque filius, Mattheus & Marcus, niſi ſo- I
lus pater. Bene igitur hortatur ſuos: vt caueant ab ebrietate, quia iuxta ſapientem, vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes (Eccle.19.) id quod luce mani-
Luce.18. feſtius videre licet in Salomone. 3.Reg. cap.11. Cæterum curæ huius ſæculi quæ ſuffo-
Matth.13. cent Verbum Dei alias diximus. Nam ſicut dicit Hieronymus ſuper Eſai. cap. 42.
Hierony. Diuitijs & paupertate plerique tentantur, ſi aut illis male abutantur, aut penuriam virtute nequaquam
Matth. 9. ſuſtineant. Attende ergo ne grauetur cor tuum, (diuitiæ ſi affluant, noli cor apponere, Pſal.61.) curis huius ſæculi, & ſuperueniat in te ſententia e cælo, tribus comprehenſa verbis, Dan.5. Non enim in ſolo pane victurus eſt homo. Abulitus quidam Alexandro cum nullum commeatum præparaſſet, tria millia nummum talenta attulit. Id argentum equis apponi iuſsit Alexander. Quibus minime guſtantibus, Quæ- K
nam inquit tui commoditas apparatus in pecunijs! Nolite inquit cor apponere. Quare id! Non eas magis attinget cor id eſt anima, ꝙ equi Alexandri argentum illud. Sed ſurdis canimus. Sed audiamus Eſai. ca. Surdi ſibi cum cantico non bibent vinum, amara. Erit potio bibentibus eam. Hieronymus. In conſue-
1. Theſ.5. tudine ſæculi præteritarum deliciarum recordatio erit materia cruciatuū, Væ vobis diuitibus qui hic habetis
Ebrietas. conſolationem veſtram. Erat autem mos ſolennis apud illos qui in nocte verſabantur iuxta Pauli, in Hilario conuiuio ſeſe ad potus ſolutiores inuitabant, tot Cyathos hauſtibus ſingulis ebibere, quot litteræ nominum amicarū. Aqua conſuetudine emanauit illud Martialis epigrama: Næuia ſex Cyathis, ſepē iuſticia bibatur, Quinq; Lycas, Iyde quattuor, Ida tribus. Hæc ille, & illi qui nocte ebrij erant. Vos autē attendite ne grauentur corda veſtra crapula, ſicut cor Holophernis, qui manu fœminæ periit, nimio vi-
Spatthiatæ no ſomnoq; ſepultus. Iudi.13. Leotichidas rogatus a quodam, quam ob cauſam parum bibant Spartiatæ: ne pro nobis, Inquit alij conſulent, ſed nos pro alijs. Cambyſem regem nimis deditum vino: Thrax vinu

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

vnus ex chariſſimis ſuis monebat vt parcius biberet, turpe eſſe dicens ebrietatem in rege, quem oculi om-
nium aureſque ſequerentur. Ad hoc ille (veritas enim odium parit) vt ſcias inquit, quemadmodum Cābyſes.
nunquam excidam mihi, approbabo iam, & oculos poſt vinum in officio eſſe & manus. Bibit deinde
liberalius quam alias capacioribus cyphis, & iam ebrius & violentus, obiurgatoris ſui filium procede-
re vltra limen iubet, & vt alleuata ſuper caput ſiniſtra manu, ſtaret. Tunc intendit arcum, & ipſum cor Seneca.
adoleſcentis (id enim ſe petere dixerat) figit, reſciſſoque pectore, hærens in ipſo ſpiculum oſtendit, ac a-
ſpiciens patrem, an ſatis certam haberet manum rogauit: At ille negauit Apollinem potuiſſe certius
dimittere. Oſtenditur hoc exemplo, quam conſtant regum amicis bona conſilia. Nec dubito quin Ar-
pallus quoque tale aliquid regi ſuo perſarumque ſuaſerit, quo offenſus, liberos illi epulandos appoſuit,
& ſubinde quæſiuit, an placeret conditura. Deinde vt ſatis illum plenum malis ſuis vidit, afferri ca-
A pita ipſorum iuſſit, tragematum vice, & quomodo eſſe acceptum interrogauit. Non defuerunt miſero Plinius.
verba, apud regem inquiens, omnis cœna iucunda eſt. Vnde iuxta Plinium nullus prope iam morta-
lis extimatur pluris, quam qui peritiſſime cenſum domini mergit, quod eſt lurconum officium. Multi Luc. 15.
enim ad hoc tantum nati videntur vt edant, & bibant, & lætentur cum male fecerunt. Prouerb. primo.
Sedentes ſemper ſuper ollas carnium, Exo. 16. Nullam aliam curam habentes, quam quomodo ventrem re-
pleant, quorum deus venter eſt. Philip. 3, Qui cum dixerint, pax & ſecuritas, repentinus & æternus
imminet interitus. 1. Theſ. 5, Sicut laqueus ſuper aues quæ ſedent in ſtercore, & ſicut dolor fœminæ præ- Plutarch.
gnantis, & non effugient. Plutarch. Illud maiores noſtri haud neglexiſſe videntur, vt qui ſe vxoribus
generandi gratia ſobolis admouent, hi omnino ſobrij, aut vino ſaltem modeſtiſſime delibato, congreſ-
ſum faciant. Quibus enim ex initio vt a genitoribus per ebrietatem vt ſeminarentur accidit, ij vinolen-
B ti & temulenti nimirum eſſe ſolent. Ea propter cum Diogenes quendam ex temulentia alienatæ men-
tis adoleſcentulum deſipere cerneret, adoleſcentule inquit, ebrius te ſeminauit pater. Cauete igitur ebrie-
tatem, eſtote autem ſobrij vigiles & toti Argi, ne capiamini, & laqueo dicti illius, qui reuera multos in-
uoluet, qui terrena tantum ſapientes, ſeſe captos ſentient priuſquam laqueum præuiderint. Et vocatur
laqueus hic apud Matthæum, Sagena, (Cap. 13.) quæ omnes quidem capiet, intereſt tamen, quia alij
capientur ad vitam qui ſobrij vixerunt, alij ad mortem: Quorum vox eſt, comedamus & bibamus,
cras moriemur, a morte autem nihil. Eſai. 22. De die autem illo, & cætera. Origenes. Forſitan enim Origenes.
quia erant apud Iudæos quidam ſiue per ſcripturas, ſiue alias profitentes de temporibus conſummatio-
nis ſe ſcire, ſiue de ſecretis, ideo hæc dicit, docens diſcipulos ſuos, vt nemini credant talia profitenti.
Ambro. Super Lucæ, cap. 17. Neque filius. Bene medium poſuit filium. Eſt enim filius hominis fi- Ambroſi9
lius Dei, vt magis dictum ſecundum filium hominis exiſtimemus, quia temporum finem, non per natu-
C ram hominis, ſed per naturam Dei nouit. Quid enim eſt quod bonus pater filium cœlauerit, cui omnia
dedit? Aut quomodo non dedit cognitionem temporis, qui dedit ipſius iudicij poteſtatem: Quomodo Ioan. 5.
filius neſcire poteſt, quod pater nouit, cum ipſe filius altitudo ſit diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei? Rom. 11.
Cur enim celaret filium proprium pater: Aut enim inuidiæ cauſa nolumus alijs intimare, quod ſcimus,
aut ne forte prodamur, ſed nec inuidit in patrem, nec proditoris in filium ſuſpicio capit. Deinde qui ſigna
nouit futuri iudicij, vtique nouit & finem. Ergo & horam nouit & diem, ſed nouit ſibi, mihi neſcit.
Chryſoſtomus. Ad cumulum igitur incertitudinis ſe ipſum Chriſtus alijs annumerat, vt nemo ferat Chryſoſt.
moleſte, quod diem illum deus poſuit in incerto, cum de ipſo ſit filius incertus. Chriſtus (inquit alias Am-
broſius) pro me ignorans diem iudicij, autor ipſe dierum & temporum. Sequitur ex Chryſoſto. Opor-
tune ex hoc loco conuenit admouere: cum plerique homines maxime qui videntur docti, cum interro-
D gati fuerint aliquam quæſtionem, ſi contingat eos ignorare quod quæritur, erubeſcentes, ne videantur
aliquid ignorare, quia totum ſcire putantur, colorant falſa pro veris, affirmantes iuxta apoſtolum de 1. Tim. 1.
quibus neſciunt. Qui ſi conſiderarent hunc locum, non deberent erubeſcere, aliquid ſe myſteriorum Dei
ignorare, maxime cum legant, Chriſtum ſuam ignorantiam non erubeſcentem confiteri ad reſponden-
dum. Nec tamen Chriſtus mentitur, quando ipſum quod ſcit, a patre accepit. Sic alibi cum ſit bonus,
bonum ſe denegauit propter idem. Et ne propter diſpenſationem humanam exiſtimetur ſcire ſe denegaſ-
ſe, non dixit, neque filius hominis, ſed neque filius, inter filium autem hominis & filium Dei intereſt Marci. 10.
nihil. Hæc ille. Cyrillus. Non oportet propter hanc vocem, neque filius, ignorantiam Dei verbo inu- Cyrillus.
rere, ſed potius miſericordiam eius admirari, quod non recuſauerit propter nos ad tantam humilitatem
deſcendere, vt omnia noſtra & ipſam etiam ignorantiam humanam ſuſciperet. Scit enim vt deus, quod
E vt homo ignorat. Hæc ille. Quod dicit, vt homo ignorat, intellige quod vtroque modo ſcit, ſed non eo-
dem modo, quia ſi illud vt, accipiatur reduplicatiue, ignorat vt homo: Simpliciter tamen loquendo,
vtroque modo ſcit. Forte autem quia apoſtoli inquiſituri erant de die illo tantopere ab illis deſiderato,
quia tunc ſeſſuri erant ſuper ſedes duodecim velut iudices, ideo dominus anteuertens eorum interroga- Matth. 19.
tionem, neque filius inquit ſcit diem illum. Iuxta Hilarium ignoratio Chriſti eſt, ſecundum quod theſau- Hilarius.
ri ſapientiæ & ſcientiæ Dei in eo latent. In omnibus enim quæ ignoraſſe deus dicitur, ignorantiam qui-
dem profitetur, ſed ignoratione non detinetur, dum ad id quod neſcit, non neſciendi infirmitas eſt, ſed 26. q. 5. cap. primo.
aut tempus eſt non loquendi, aut diſpenſatio non agendi. Omnes inquit apoſtolus. Colloſ. 2. theſauri ſa-
pientiæ ſunt in Chriſto, ſed tamen occulti ſunt, & omnia tempus habent. Vide infra ſuper illud: Neſcio
vos, vigilate. Filius itaque diem idcirco quia tacit, neſcit, & patrem ſolum idcirco ſcire ait, quia ſolus vni
ſibi non tacet, & in ſua poſuit poteſtate momenta eſt tēpora & iudicij diem. De rigore quidē ſermonis tā
ſpiritus ſanctus quam filius excluduntur a ſcientia huius diei, tamē cū de veritate cōſtet, nō eſt ludendū in verbis.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Apoſtoli. Itaque hoc ſic intelligentes, & ſcientes dixiſſe filium, ſe neſcire diem illum, quaſi diceret, tempus non eſſe loquendi, rurſus poſt reſurrectionem, putantes tempus ad eſſe loquendi, domine inquiunt, Acto.1. num in hoc tempore reſtitues regnum Iſrael. Quibus non reſpondit dominus ſe neſcire ſicut prius, ſed non eſt veſtrum ſcire inquit, non veſtra id refert ſcire Auguſtinus ſuper Pſal. 6. Ideo dictum eſt, neque filius, quia per filium homines hoc non diſcunt, non ꝙ apud ſe ille non nouerit, ſecundum illam loquutionem, tentat vos dominus, vt ſciat, ideſt ſcire faciat vos. Deuterono. 13. Nos igitur quod ſcire nos dominus noluit, libenter neſciamus! Auguſt. Dicit hic Auguſtinus de quibuſdam qui temerarie aſſeuerabant finitis annorum. 7. millibus a condito Adam, finiendum ſeculum, ſed diem illum nemo ſcit, & cætera. Quid ergo tam occultum, ꝙ id quod etiam ipſi iudici occultum eſſe dictum eſt! Non ad cognoſcendum, ſed ad prodendum. Hieronymus ita legit hunc textum, nemo ſcit, neque angeli, niſi ſolus pater, dicit tamen Hierony. illud, neque filius, inueniri in quibuſdam latinis codicibus. Oſtendit igitur ꝙ ipſe ſciat, ſed non expediat noſſe apoſtolis, vt ſemper incerti de aduētu iudicis, ſic quotidie viuāt, quaſi die altera iudicandi ſint, F ſic pendulo expectationis incerto, ſemper eum credant eſſe in ianuis. Veruntamen quod cum bona venia dicimus ſancti doctoris huius, apoſtoli non iudicē operiebantur ſed regem, non iudicandi, ſed iudicaturi, Hilarius. 12. tribus Iſrael. Hilarius aſtipulatur Hieronymo vt largum licet (inquiunt) deus pœnitentiæ nobis indulgens, incerti tamen metu, ſemper nos ſollicitos detineret. Atque vt ignorantiam illius diei omnibus tanti, non ſine vtilis ſilentij ratione ſciremus, vigilare nos propter aduentum ſui admonuit, de quo in conſequētibus. De hoc die Zach. cap. 13. Item Malach. 3. Quis poterit cogitare diem aduentus eius! Et ſi aduentus eius præ potentia maieſtatis cogitari non poteſt, ferre quis poterit! Quis poterit lippientibus oculis eum in ſua claritate videre? Veniet autem quaſi ignis ijs qui grauiter peccauerunt. ijs autem qui leuia, quaſi Ezech. 9. herba borith. Et ſedebit per ocium conflans argentum (notate verba), & purgabit filios Leui, iuxta illud a ſanctis meis incipite. Dicit item Malach. cap. 4. Mittam vobis Heliam, &c. Sequitur. Ne forte veniā, G Hierony. & percutiam terram anathemate. Hierony. Non ꝙ dies domini ad iudicium incertus ſit, ſed quia veniet ſicut fur in nocte (1. Theſ. 5.) & ita ſit ab omni ſcientia humana abſcōditus, vt pater ſolus illum diem ſciat, Matth. 24. filius & ſpiritusſanctus. Sicut autem fuit in diebus Noe, ita erit in diebus aduentus filij hominis. Sicut enim erant ante diluuiū comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes vſque ad eum diem in quo intrauit Noe in arca, & non cognouerūt, donec venit diluuium, & tulit & perdidit omnes, ita erit aduentus filij hominis. Similiter ſicut factum eſt in diebus Loth, edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant. Qua die autem exiuit Loth de Sodomis, pluit dominus ignem & ſulphur de cælo, & omnes perdidit, ſciendum hoc erit qua die dominus reuelabi- H Ambro. tur. Bene dominus cauſam diluuij & incendij & iudicij de noſtris affert prodiſſe peccatis, quia deus ma- Luc. 19. lum non creauit mortē non fecit (Sap. 1.) nec lætatur in perditione malorum, quorum interitum etiā ante Eccle. 7. annos. 40. Lachrymatur, ſed noſtra ſibi merita hæc omnia repererunt. Scriptum eſt enim, Ne impie agas multum, ne moriaris in tempore non tuo, ſicut mortui ſunt quos vtrumque deleuit diluuium, & aquæ & ignis ſulphuræ mixto. Edebāt inquit & bibebāt & vxores ducebant. Non ꝙ coniugia damnentur, Abſit, quæ dominus in paradiſo inſtituit, & poſtea de deſponſata virgine genitus, confirmauit, neque Pſal. 127. alimenta damnentur, cum dicat ſpiritus ſanctus, labores manuum tuarum manduca, cum in nuptijs ſucceſſiones, in alimentis naturæ ſubſidia ſint, ſed tamen in omnibus modus quæritur, vt inter multa circa quæ ſollicita eſt Martha (Lucæ. 10.) detur quies aliqua Mariæ, & relicta Lia, vacetur amplexibus Rachelis, 1. Cor. 7. Gene. 29. Sit aliquis conſenſus ad tempus, vt vacemus orationi, ſit aliqua inter ſollicitudines mundi & intemperantiæ crapulam ſobrietas religionis, & induciæ caſtitatis. Cæterum in diebus Noe omnis Caro I Gene. 6. corruperat viam ſuam, indulgebant ventri & libidini, & omnis cogitatio hominum in terra erat ad malum diligenter, iuxta, 7e, Idque omni tempore. Videntes enim filij Dei filias hominum, ꝙ eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores, in quibus non poſteritatem generis, ſed pulchritudinem diligant. Quere Philo- nem de hoc loco, quem alias retulimus. Filij Dei iſti filij erant Seth, qui edocti erant a parente cultum- nius Dei. Filiæ hominum vocantur fœminæ ex poſteritate Cain, quæ curioſæ erant, laſciuæ, diſſolutæ, tamen pulchæ, quas in vxores duxerunt filij Seth. Vtinam autem vxoribus ductis decem vel. 100. parcerent ſororibus, abſtinerent a matribus, nos congrederentur hominibus, non abuterentur iumentis. Gene. 6. Vnde dictum eſt verbum illud profundi myſterij, pœnitet me feciſſe eos, id autem dixit dominus, tactus dolore cordis, intrinſecus. Hæc autem duo tactus dolore, & pœnitet me, magnitudinem malorum illius ſæculi explicat, & plagam eorum deſperabilem, cui ſuccurri non potuit, niſi adhibito diluuio. Dicit au- K Abulen. tem Abulenſis, ꝙ Noe prædicauit diluuium annis. 20. aptauit autem arcam annis. 100. Illis irridentibus architectorem tantæ molis, cum nullus crederet, ſed pro hominibus beſtiæ ingreſſæ ſunt. Itaque vt videtur, ille mortuis verba faciebat, quandoquidem nec poſt tantum tempus vel ſaltem vnus conuerſus ad meliorē frugem, (obſerua Niniuitas), id quod dominus explicat dicens, erant omnes comedētes & bibentes vſque ad eum diem. Et cum Noe ingrederetur arcam cum filijs, & cætera. Populus vniuerſus videbat eos, quia reuera pluuiæ nulla ſigna apparebant, ſed illis ingreſſis & clauſo oſtio, a domino, ſi quis irrumpere vellet, apertæ ſunt cataractæ cæli, & abſorti ſunt omnes. Dicit autem Hieronymus Deum non expectaſſe tempus decretum, quia non pœniterent, & abrupiſſe ex numero promiſſo annos. Eſt autem veriſimile diluuij tempore hoc factum eſſe, vt plurimis in locis cęlum patuerit, aquarum vaſta flumina maximo fragore delapſa fuerint. Inter aquas enim poſitū eſſe firmamentum, ſacra ſcriptura refert, ſuper cęleſtes quoque aquę ſępe celebrantur. Cum ergo ſupra cęlum ſint aquę, quę a nonnullis etiam cęlum

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

cælum cryſtallinum vocantur, hæ nimirum pateſacto cælo horribiliter eruperunt, breuique totum orbem
innudarunt. Nam his quoque aquis erat opus, ad efficiendum generale diluuium. Alioqui ſi hymbribus
tantum res acta eſſet, non modo. 40. dierum ac noctium ſpacio tantum diluuium effectum fuiſſet, ſed
ne. 40. quidem annorum. Dicuntur autem catatractæ Græce a verbo Græco catareg...ymi, quod eſt diſrū- Chryſoſt.
po, diſcindo, deorſum ruo. Auguſtinus ſteuchus. Cæterum ſicut dicit Chryſoſt. Diluuium non ſubito oc-
cupauit orbem, ſed paulatim ſenſimque ſuccreſcens, quadraginta diebus & noctibus totidem pluuia de-
ſcendens, tandem aſcendit. 15. Cubitos ſuper omnem montium altitudinem. Interim autem multi potue- Abulen.
runt pœnitere, & effugere, non quidem mortem, ſed iram Dei. Dicit autem Abulenſis ſuper Geneſim,
quod aquæ diluuij non aſcenderunt ad altitudinem paradiſi, quia ibi altior fuit aqua ſuper omnes montes,
omnes non diſtribuit vniuerſaliter. Dicit & illud, quod mons Olimpus non eſt ...ertus aquis, & multi alij
A montes altiſsimi cooperti quidem ſunt, ſed non. 15. Cubitis. Dicit quod ambitus paradiſi erat quaſi leucarum Matth. 25.
centum: Cuius diameter erat fere leucarum. 55. Quæ omnia incerta ſunt. Ita erit inquit aduentus filij ho-
minis, de quo dicitur, media nocte clamor factus eſt, ſonante tuba archangeli. Similiter ſicut factum eſt in
diebus Loth. Sicut igitur in diluuio Noe ex toto mundo octo tantum animæ ſaluæ factæ ſunt, ita in dilu- Gene. 18.
uio ignis & ſulphuris ex ciuitatibus quinque, tres tantum animæ ſaluæ factæ ſunt: Omnis enim Caro
corrumperat viam ſuam a puero vſque ad ſenem, ſicut liquido patet ex dialogo illo habito inter deum &
Abraamum. Vide textum Gene. 18. Ab illo loco, ante quam irent cubitum viri ciuitatis vallauerunt domum
Loth, &c. Quia igitur ſciebat dominus nec vel vnum iuſtum eſſe in ciuitatibus. 5. Dempto Loth: (taceo
filias) ad exaggerandam iniquitatem eorum hoc dicitur, non delebo propter decem. Vide Hiere. 50. Eo
enim malicia ſcelus iſtorum aſcenderat, vt de filiabus Loth virginibus licet, nihil curarent, etiam dicente Abulen.
B ad eos ſancto viro Loth, abutimini eis, quaſi diceret iuxta Abulenſem, vtimini eis coitu Sodomitico, dū-
modo hoſpites non attingatis, ſi ſexus fœmineus faſtidio eſt. Vnde dominus velut incredulus (ſi ita loqui
licet) tanti ſceleris, quod brutorum eſt, nec omnium, deſcendam inquit & videbo, id quod omnem fidem
excedit, homines ad imaginem meam conditi vtrum nam tantum perpetrauerint flagitium. Maiora enim
crimina credenda non ſunt, mox vt audiuntur, ſunt tamen eueſtigio punienda cum veraciter agnoſcan-
tur. Vnde & iuxta Origenem, videtur deus in huius ſceleris vindicta quaſi oblitus miſerationum ſuarum, Origenes.
præuenisse diem iudicij, qui in igne eſt reuelandus. Voluitque vltionem Sodomorum manere perpetuam 1. Cor. 3.
in memoria, ipſos autem peccatores noluit ardere vſque in præſentem diem, ſed ſemel incenſos, ſub terra
occulcauit, cum terra illa huc vſque ignis veſtigia ſeruet, & in ſuperficie & in fructibus quæ ibi oriuntur.
Sunt enim ibi poma quædam pulchra quidem aſpectu, quæ tamen ſi comprimantur, cinerem exhalant.
Prouiſum eſt autem filijs iſtorum, ne diu viuentes, ſequerentur exempla parentum. Parentes autem tam
C pro ſe quam pro filijs rei ſunt. Mors enim filiorum crimen eſt parentum, ideo futuri ſunt accuſatores eorum. Eſt
etiam qualecunque beneficium, reum non eſſe, qui glorioſus non eſt. Prodeſt enim pauperem non eſſe, qui
rex eſſe non poteſt. Sed idcirco omnes ſimul conſumpti ſunt, ne de eorum Origene aliquod remaneret ve Ioel. 1.
ſtigium. Iſti igitur cum vitam iumentorum viuerent in qua iam diu computruerant (quam propheta pa- Pſal. 72.
cem peccatorum vocat) edentes & bibentes & inſanientes, nec tamen ad vxorem proximi ſui, quod erat Hiere. 3.
malum vtcunque tolerabile, nihil minus timebant, quam quod paſſi ſunt, poſtquam iuſticia de cælo proſpe-
xit. Igne enim conſumpti ſunt, qui igne flagrabant libidinis inſanæ. Secundum hoc igitur erit aduentus
filij hominis. Erit ſubitus, erit inquam conſumatio mundi iſtius ſubita, quaſi tamen qui iam ægrotauerit
prius ægrotatione idonea & manifeſtante corruptionem ſuam futuram. Hoc enim ex eo præcipue demō-
ſtratur, quod dicit, ſimilis erit aduentus eius diebus Loth, quando ſubito perierunt omnes illæ quinque
D ciuitates de ſuper terram. Qui autem vult dicere quod paulatim erit conſummatio ſæculi, dicet ſimiliter fa-
ctum & in diebus Noe. Quadraginta enim diebus & noctibus totidem pluuia deſcendente, conſequens Origenes.
fuit primos periſſe, qui in depræſsionibus terræ partibus habitabāt, poſt eos autem qui modice in altio-
ribus, & ſic nouiſsimos qui in altiſsimis montibus morabantur. Sicut inquit in conſummatione mundi
cum deſcenderit ignis, incipiet quidem ex ſublimioribus locis, & paulatim ad inferiora deſcendet. Ad hæc
Hieronymus. Quæritur, cum ſupra ſcriptum ſit, ſurget gens contra Gentem, & erunt peſtes & fames & Hierony.
terræmotus, quomodo nunc ea futura memorantur quæ pacis inditia ſunt, videlicet edere, bibere, ædifica-
re, vxores ducere? Sed exiſtimandum eſt iuxta apoſtolum, poſt omnia hæc mala quibus vaſtabitur ge- 1. Theſ. 5.
nus humanum, quod breuis ſubſecutura ſit pax, quæ quieta omnia promittat, vt fides credentium compro-
betur, verum tranſactis malis, ſperent iudicem eſſe venturum. Hoc enim dicit apoſtolus, cum dixerint pax
E & ſecuritas, repentinus eis imminet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, quæ ſcit ſe parituram, igno-
rat autem & diem & horam. Memores eſtote vxoris Loth. Gene. 19. Lucæ. 17. Quæ cum ſe ver-
tiſſet, non habuit tempus conuertendi ſe. Intellige autem quod futuri temporis nulla eſt nobis certitudo.
Nemo enim mittens manum ad aratrum, & reſpiciens, aptus eſt regno Dei. Lucæ. 9. Dictum eſt vxori
Loth ab angelo, ne reſpicias. Itaque cum reſpicere prohibeamur, multo id magis prohibemur, tollere
videlicet tunicam, id eſt veterem hominem, quem ſemel exuimus ſicut ſerpentes prudentes, Colloſ. 3.
quia non ſolum valedicere ſæculo iubemur, ſed etiam memoriam Amalech delere debemus a men-
te noſtra, Exod. 17. Vt vere dicamus cum Paulo, Gallat. 6. Mundo crucifixus ſum. Id quia non ob-
ſeruauit fœmina hæc, perdidit naturæ ſuæ munus. Retro enim Satanas iubetur ire, animalia autem illa
oculata & pennata non reuertebantur cū ambularent. Iniura enim dñi progredi decet, & non retrogredi. Origenes.
Ad hæc Origenes. Vxor Loth immemor præcepti, reſpiciens, impoſitam legem rupit, & efficitur ſtatua Ezech. 1.
ſalis. Quare filiæ ciuitatis præceptum non acceperunt? Putamus ne tantum ſceleris in hoc eſſe commiſſum



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

vt quia poſt ſe aſpexit mulier, interitum quem diuino beneficio effugere videbatur, incurreret, & quaſi
amitteret naturam quam naſcẽdo acceperat. Nunquid huic aliquid ſimile aliquando audiuimus? Quod
crimen eſt hoc, tam dura & tam repentina punitum vindicta, vt eodem momento ſimul & vita & cor-
pore priuaretur? Quid enim tantum criminis habuit? Si ſolicita mulieris mens, retrorſum vnde nimio flã-
marum crepitu terrebatur, aſpexit: Sed quæ ſola hoc præceptum accepit, videbatur reſpexiſſe quaſi com-
patiens tormento eorum, quibuscum aliquam ſiniſtram familiaritatem contraxerat, licet intuitu ipſius
Loth educta fuerit iuxta corpus tantum, vt videtur. Itaque cum facta eſt ſtatua ſalis, inſipientiæ eius iu-
ditium videtur expoſitum. Spiritus enim ſemper promptus eſt (id eſt Loth) Caro autem infirma. Sicut au
Hierony. tem dicit Hieronymus, aliorum tormenta aliorum remedia ſunt: Cumque punitur homicida, recipit qui-
dem ipſe quod fecit: ſed alij de terrentur a ſcelere. Dicit autem Abulenſis ꝙ ſtatua illa quam vidit S. Hie-
August. ronymus, permanet vſque hodie, hodie autem ſupponit pro anno domini 1436. Auguſtinus. Facta eſt
Hiere. 45. igitur fœmina hæc ſtatua ſalis, vt condiat te, ne corpore egreſſus de Aegypto ſæculi huius, corde illu re-
uertaris. Manſit igitur in loco illo fœmina, tam non fœmina ſed ſtatua, ſed nunquid ibidem manẽs, otio- F
Matth. 5. ſa eſt? Abſit. Condit enim omnes tranſeuntes ſtultitia ſua, contra illud, ſi ſal euanuerit, mittetur foras.
Matth. 24. Euanuit igitur ſibi, nobis autem ſal præſtat, dicente domino: memento te vxoris Loth. Dico autem
Lucæ. 17. vobis, in illa nocte duo erunt in lecto, vnus aſſumetur, & alter relinquetur: Duæ erũt
Lucæ. 21. molentes in vnum in mola, vna aſſumetur, & altera relinquetur. Duo in agro, vnus aſ-
Hierony. ſumetur & alter relinquetur. Lucas. Reſpondentes, dicunt illi. Vbi domine? Qui di-
xit illis. Vbicunque fuerit corpus, illuc & congregabuntur & aquilæ. Vigilate ita-
que omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta quæ futura ſunt, & ſtare
ante filium hominis. Iuxta Hieronymum, duo in agro, in lecto & in mola iuſti ſunt & hypocritæ.
Hi enim idem opus videntur agere, ſed vnus pro laude humana, alter pro æterna retributione operator,
vnde dicit, vnus aſſumitur, alter relinquitur, de præſenti, aphiete, Ke paralambanete. Nec eſt otioſa tem- G
poris Catachreſis, indicat enim rem, mox ac certo futuram. Quandoquidem dominus voluit ſuos in hac
eſſe opinione, vt diem illum extremum ſemper expectarent parati, ceu mox affuturum. Non ꝙ vellet eos
errare, ſed ꝙ vere mox venit, etiam quod poſt aliquot annorum milia venit, ſi quis æternitatem contem-
pletur. Auguſtinus ſuper Pſal. 99. Qui ſunt duo in agro? Clerici ſunt: Eorum vnus aſſumitur alter relin-
August. quitur. Duo ad molam, hoc ad populares refertur. Quare in piſtrino? Quia deuinctæ in ſæculo, circu-
Lucæ. 10. itu rerum temporalium tanquam mola detinentur, & ex his altera aſſumitur, quæ cum Martha quidem
turbatur erga multa, ſed ea multa obſequio impendit ſui autoris. Altera relinquitur, quia duobus domi-
Matth. 6. nis volens ſeruire, nec terram ingreditur quæ fluit lacte: (Exo. 3) nec Aegyptum reuertitur, vbi come-
debat ſaltem poſt laborem panem in ſaturitate. Qui ſunt autem qui in lecto ſunt? Qui vxore ducta, iam H
1. Theſ. 4. non ſunt ſui iuris. 1. Cor. 7. Horum multi in ipſo actu coniugali depræhenſi, aſſumentur, obuiam Chri-
ſto in aera, multi item relinquentur annumerandi inter hædos. Vnde ſequitur in textu, dicunt illi, Vbi do-
mine? Id eſt ad quem locum aſſumetur vnus ex agro, vnus ex lecto, & vna ex mola? Qui dixit illis.
Vbicunque fuerit corpus, aggregabuntur & aquilæ. Erit autem corpus, iudex viuorum & mortuorum.
In aera, habens nubes pro throno, illuc igitur rapiemur obuiam illi, inquit Paulus. 1. Theſ. 4. Hæc igitur
cum ita ſe habeant, vos qui diei eſtis, & ſobrij eſtis. 1. Theſ. 5. vigilate, omni tempore orantes, vt digni in-
ueniamini qui ſitis de numero ouium Chriſti, digni reddamini, qui poſſitis effugere hæc omnia: ſitis de nu
mero ſtellarum quas deus numerat, & nomine vocat proprio Pſalmo. 146. De numero eorum, quo-
rum capillos deus in numerato habet. Lucæ. 21. Vigilate ergo, quia iuxta Prouerbium veſtra res agitur,
cum proximus ardet paries. Memento eorum qui in diluuio abſorti ſunt, obſeruate eos, quos ignis vo-
rauit in Pentapoli, obſeruate vxoris Loth interitum, pro eo tantum ꝙ retro aſpexit, vt digni habeamini I
(prædeſtinatio enim precibus adimpletur, ideo orare nos iubet) ſtare cum Moſe ſupra Petram domi-
num Ieſum Chriſtum Exo. cap. 33.

Explicitur liber nonus.

Liber decimus incipitur.

## Caput primum. De eo ꝙ vigilandum eſt, & de ianitore cui præceptum eſt vt ianuam peruigil obſeruet. Sequitur parabola de decem virginibus quarum quinque erant fatuæ, quinque vero prudentes. Hæc ponitur per totum vſque in finem capitis.

Marci. 13. Videte, vigilate & orate, neſcitis enim quãdo tempus ſit. Sicut enim
homo qui peregre profectus reliquit domum ſuam, & dedit ſeruis
ſuis poteſtatem cuiuſque operis, & ianitori præcepit vt vigilet.
Vigilate ergo, neſcitis enim quando dominus domus venturus ſit
ſero an media nocte, an gallicinio an mane, ne cum venerit repente
inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico,
Gregorius vigilate. Gregorius. Horam vltimam dominus idcirco voluit nobis eſſe inco-
Lucæ. 21. gnitam, vt ſemper poſsit eſſe ſuſpecta, vt dum illam prouidere non poſſumus ad
illam ſemper præparemur. Cum igitur ex præcedentibus notum ſit vobis me ve-
turum

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

turum; (nihil certius, verba enim mea non tranſibunt) venturum autem cum pedibus laneis iuxta vetus 1. Theſ. 5.
verbum, venturum inquam velut vnus aliquis fur nocturnus iuxta Paulum, & certiſsime ignoratis diē
& horam aduentus mei, ipſis etiam angelis ignotam, qui ſemper vident faciem patris, imo mihi ignotam Matth. 16.
(ipſe dixit, neque filius) vnico vobis remedio conſulendum reor, vt videlicet ſemper quendam agatis Ar-
gum, toti ſitis oculi, ſemper pauidi, & replicantes verbum illud, O me infoelicem qui captiuus abducor,
quis me liberabit de carcere de corpore mortis huius? Rom. 7. educ de cuſtodia hac animā meam. Pſal. 141.
Sicut in quit homo neſcio quis (imo beneſcio) qui peregre profectus eſt, relinquens hominem ſui iuris
(Eccle. 15.) iuxta illud, poſuit hominem in paradiſo, vt operaretur, vt ſumeret de ligno vitæ, vel de ligno
ſcientiæ boni & mali, & hoc eſt quod dicit, dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis. Ante hominem Gene. 2.
vita & mors. Cōſtituit autem illi mercedem laboris, dicens, eſto fidelis ſeruus ac dabo tibi coronam, non Eccle. 15.
A gramineam, qua coronabatur, qui primus ciuitatem ab obſidione liberaret: Non iliceam, qua donabatur,
qui ciuem ſeruaret in bello. Non auream, quam accipiebat qui primus murum hoſtium conſcenderet vel Corona.
caſtrum, vel naues eorum igne ſuppoſito incenderet: Non oualem, qua dux vel imperator coronabatur,
reuertens à bello incruento victor tamen. Non lauream, qua donabantur imperatores reuertentes a bello
cruento cum victoria, integro tamen exercitu. Qui enim in ſtadio currunt, pro vna aliqua harum corona-
rum, pro corruptibilibus certant ſertis: ego autem dabo tibi coronam vitæ. Apoc. 2. Sed vide quid dicat 1. Cor. 9.
ſapiens. Nemini mandauit deus impie agere, nemini dedit ſpacium peccandi. Quomodo ergo dicitur in
Ezechiele cap. 20. Et vos domus Iſrael dicit dominus, ſinguli poſt idola veſtra (quæ ambulare non poſ-
ſunt) ambulate, & ſeruite eis? Sed vide quod hoc dicens, magis oppoſitū præcipiebat. Sed volentes cur-
rere ipſe incitat, & equis effrenibus calcaria adhibet, vt qui in ſordibus erant, &c. Apoc. vltimo. Auguſt. Pſal. 80.
Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis ſui, dedi eos ſibi, tradidi eos in concupiſcentias ſuas, vt ſequerentur Auguſt.
inclinationem fomitis ad malum, quæ pœna omnium grauiſsima eſt, iuxta illud, receſsit zelus meus a te, Ezech. 16.
B non vltra iraſcar tibi. Imo dediſti metuentibus te ſignum, vt fugiant. Plutarch. Hac frigida vius eſt pater Pſal. 59.
tuus & mortuus eſt, valetudinarijs ortus es parentibus, principijs te obſtare oportet, alioqui & tu iuue- Plutarch.
nis morieris. Ita & deus cum homine facit. Nam vrſorum, ſimearum Catuli confeſtim adhuc impuberes,
a nemine præterquam à natura inſtituti, generis proprie ferunt mores, at non item homo. Non enim ſcele-
ratus quiſque pariter fit, ac manifeſtus latro, ſed paulatim acquirit prauitatem. At deus vniuſcuiuſque af-
fectus & nouit & ſcrutatur, quapropter non eo vſque pœnam differt, quoad violentia manibus, intem-
perantia pudendis perficiatur, licet dicat Marcus, peregre profectus eſt: Non enim omnibus dormit deus, Prouerbiū
licet ſcriptum ſit, hæc feciſti & tacui. Pſal. 49. Medicinæ ergo gratia crebos auaros flagitioſos quandoq;
corripit (ad deorum enim aures cuncta referuntur, referente Mercurio deorum interprætre,) Vt maliciam
tanquam morbum comitialem prius quam cuncta occupet radicitus tollat. Tu autem ante calumniabaris
C quod deus peregre profectus, tarde multos ſceleratos puniret: Nunc vero quod nonnullorum habitum & affe-
ctum ante quam iniuriam perficiant occupat atque præuenit, accuſas. Verum per autem verum eſt. Tu vero
vide bonitatem & ſeueritatem Dei, bonitatem in omnis quibus dedit poteſtatem cuiuſque operis, & lō- Rom. 11.
ge receſsit, ſinens illos agere impie, donec veniant in profundum malorum, operiens, ſi forte tandem di- Prouer. 18.
cant, ſurgam, & ibo ad patrem meum. Luce. 15. Seueritatem autem in illis, qui non dimidiant dies ſuos, ſi- Pſal. 54.
cut Achitophel & Iudas, &c. Vnde illud. Reddo peccata patrum in filios vſque in tertiam & quartam
generationem. Exo. 20. Quemadmodum enim progenitorum lenticulæ verrucæ & neui & alia id genus
multa quandoque in filijs haud apparent, attamen in nepotum & pronepotum corporibus inde erūpunt,
imo in ab nepotibus (quod nos vidimus) quandoq; & mulier quædam Græca cum enixa eſſet infantem, Hiſtoria.
ob id q; adulterij damnata, progenies Aethiopis quarta inuenta eſt, ita plerumq; mores animiq; paſsio-
nes, quas priores celebant generationes, natura longo poſt tempore producit, ac per alios oſtentat, dome-
D ſticasq; ſeu virtutes ſeu improbitates palam cunctis in lucem profert. Vigilate ergo, quia licet ſtertentibus
cum Iona, tempus tamen ambulat, & neſcitis quando dominus veniat, vocatus atque non vocatus deus Ionæ. 1.
aderit. Abijt igitur homo ille, ſed præcepit ianitori, ne merſus ſopore iaceret, ſicut Holophernes ſiue Siſara.
Si enim non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur. Apoc. 3. Plutarc. Quid eſt quod cum ſiue ex agro, ſiue Iudi. 4.
peregre mariti redeant domum, aduentus ſui nuntios præmittunt? An quod hoc eius eſſe cenſent qui ſe ab- Plutarch.
ſente vxorem nihil improbe facere ſibi perſuadeat, de repente vero & inopinato ſubuenire, inſidiatoris
dominus autem neminem volens perire, nō ante vnum diem vel horam, ſed iam ab annis 1500. Eccleſiam
vxorem vel ſponſam promonet, venturum ſe omnino, ſed an ſero an mane, ipſos etiam latere angelos.
Vide 2. Reg. cap. 4. Hiſtoriam de Iſboſeth, qui dormiens, occiſus eſt a duobus latronibus, quia cuſtodem
domus ſuæ fœminam poſuit dormitabundam. Gregorius. Oſtiaria quæ tritici purgat tunc obdormit, cum Gregorius
mentis cuſtodia quæ diſcernit inter bonum & malum, a diſcretionis ſollicitudine ceſſat, ſic ad interficien-
E dum animam malignis ſpiritibus iter pandit. Bene ergo tanquam præceptum eſt vt vigilet, quia aduerſa- Gene. 3.
rius noſter ſemper calcaneo noſtro inſidiatur, & ad fores animæ noſtræ ſemper peccatum pulſat, idq; im-
portune, & nonnunquam irrumpit, adeo vt & Paulus captiuus abducatur neſcio quo. Rom. 7. pulſanti Prouerb. 1.
igitur ſerpenti, reſponde, expoliaui me tunica mea, quomodo rurſus induam veterem hominem, quem ſe-
mel exui? Cant. 5. Laui pedes meos, quibus ad malum currebam, quomodo rurſus repetam vias, quas de-
ſerui difficiles? Alias ſimilis eſto hominibus expectantibus dominū ſuum, vt cum pulſauerit ſiue veſperi ſeu
Gallicinio, confeſtim aperias dicens: Ecce ego, quia vocaſti me. 1. Reg. 3. Nomine autem harum quattuor
horarum, veſperæ, conticinij, gallicinij & mane omnis ætas ſignificatur in homine, poſt quam ad annos di-
ſcretionis venit. Quod autem vobis dico. De hoc vide lib. 7. cap. 7. & cap. 8. Iſte autem quę vocatur hic



Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

Ianitor, vocatur Matth. 24. Fidelis ſeruus & prudens. Is autem difficile inuenitur. Eſt enim facilius inue-
nire centum Iudas, ꝙ Ioſephum vnum, vel Paulum vnum. Vnde Philippus Alexandri pater vir optimus
Athenienſes beatos dictitabat, vt qui ſingulis quibuſque annis decem inuenirent, quos imperatores crea-
Plinius. rent, ſe namque vnum dumtaxat imperatorem per multos annos inueniſſe parmenionem. Benè ergo di-
xit dominus, quis putas eſt fidelis ſeruus vel ianitor, quia rara auis eſt hæc, aliena fideliter diſpenſare, do-
minum ſuum præcinctis lumbis opperiri, accenſa lucerna. Adhæc Plutarchus. Sæpe te audire meminiſti,
Luc. 12. nec articulatium morbum calceo quamuis precioſo leuari, nec anulo reduuiam, nec capitis dolorem ſeda-
Plutarch⁹ ri diaderitæ. Quis enim tandem pecuniarum vſus (quid ſi dicamus abuſus?) Ad vitandam animi ægritu-
dinem? Aut ad vitam placide ac ſecure tranſigendam? Alexander cum audiret Anaxarchum, mundos eſſe
Alexāder. infinitos differentem: lachrymaſſe dicitur. Per contantibusque amicis, ecquid lachrymis dignum eſſe cō-
tigiſſet? An indignum inquit eſt nos flere, ſi cum infiniti mundi eſſe dicantur. Haud dum nos vnius domi- B
Prouerbiū ni facti ſumus? Crates contra manticam ſordidumque palliolum geſtans, per luſum & riſum vitam quaſi
dies feſtos aduſque extremum egit. At qui Agamenoni graue erat, ꝙ multis imperitaret. Cur ita? Quia fi-
delis ſeruus & prudens, vigil & ſobrius, difficilis eſt inuentu. Quia iuxta Prouerbium, difficilia & rara
quæ pulchra ſunt, & pro vna Rachele centum facile reperies Lias. Tunc ſimile erit regnum cælo
Matth. 25. rum. 10. virginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo. Quin-
32. q. 2. per que autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lam-
totum. padibus, non ſumpſerunt oleum ſecum, prudentes vero acceperunt oleum in vaſi-
ſuis cum lampadibus. Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, & dor-
mierunt. Media autem nocte clamore factus eſt: Ecce ſponſus venit, exite obuiā eis.
Hieronymus. Parabola. 10. Virginum non totus generis humani ſed ſollicitorum & pigrorum exemplū
eſt, quorum alteri ſemper domini præſtolantur aduentum, alteri ſomno & inertiæ dediti, futurum iudiciū G
1. Cor. 13. non putant. Vnde in fine parabolæ dicitur, vigilate, &c. Illud principio quærendum eſt cum virginitatis
nomen honorabile ſit etiam apud dæmones, quorum opera lupanaria extructa ſunt & multa & ampla,
quur & fatuis & prudentibus, receptis & excluſis commune eſt? Sed vide ꝙ palea quæ igni comburenda
eſt. Communem habet radicem cum frumento, imo peccator & iuſtus omnia habent communia, ſacra-
menta, fidem, martyrium, bonorum largitionem in pauperes, vnum tantum eſt in quo differunt, id autē
eſt oleum charitatis. Fides autem ſine charitate, lampas quidē eſt, ſed vacua ab oleo, mortua ab illo igne,
qui iubetur ardere perpetuo in altari dominico. Leui. 6. Ita virginitas ſine charitate, laudē habet, ſed apud
homines tantum, ſed huiuſmodi virgines receperunt mercedem ſuam. Matth. 6. Chryſoſt. Non ignora-
mus in vulgo magnam de virginitate exiſtimationem fieri, quippe res natura ſublimis eſt (dicente domi-
no, qui poteſt capere capiat Matth. 19.) Quod inde patet, quia neque apud veteres illos priſcoſque parē-
coli potuit, & poſt gratiam nulla legis neceſſitate iubetur, dicente Paulo, de virginibus præceptum do- H
mini non habeo. 1. Cor. 7. Quod autem virginitas in precioſit & apud deum & apud homines, imo &
apud dæmones, multis exemplis docetur. Principio quidem ſicut dicit Hieronymus vita virginum ange-
lica eſt, iuxta illud, in cælo non ducent vxores, ſed erunt ſicut angeli. Legimus apud Tranquillum de. A
Cæſare ꝙ ſolis veſtalibus locum in theatro ſeparatim & contra prætoris tribunal dederit. Veſtales autem
eligebantur iuxta. A. Gellium non minores annorum ſex, non maiores ꝙ annorum decem, quæ patrimæ
Hierony- & matrimæ eſſent: Tales inquam quæ non eſſent lingua debili, ſenſu ve aurium diminutæ, alia ve qua-
qis corporis labe inſignitæ. Item non capiebatur illa cuius parentes alter ambo ve ſeruitutem ſeruiſſent,
Veſtales. aut in negocijs ſordidis diuerſati ſunt. Animaduertenda vero nobis eſt hęc gentium Paganorum tam an-
xia & curioſa ſuperſtitio potiuſq; religio, vt nos pudeat vanitatis, qui ſiquid claudum mancum aut ſtu-
pidum nobis natum eſt, id Deo obtrudere molimur. Maledictus autem doloſus, qui habet in grege ſuo
Malach. 1. maſculum, & offert domino debile. Has autem Veſtales. 30. annos neceſſe eſt manere innuptas, deinceps I
nihil prohiberet eas quę velint nubere, quam rem tamen fecere pauciſſimæ, quibus etiam in opinabiles ac-
ciderunt vitæ fines, nec fuerunt multum fortunatæ, ita vt earum calamitates in infauſtum omne ſuſpen-
tes, reliquæ virgines vſque ad mortem maneant apud deam veſtam, id curante tenebratum principe, qui
patronus eſt virginitatis, proditor volui dicere. His autem honores multi & pulchri a ciuitate reddūtur,
propter quos nec filiorum eis neque nuptiarum eſt deſiderium. Multa quidem cum alia inditia videntur
Herodotus eſſe non ſancte adminiſtrati ſacerdotij ſui, præcipue ignis extinctio (ſicut in conſequentibus dicitur de ve-
ſtalibus fatuis, lampades noſtræ extinguntur) quam ſuper grauia omnia Romani timent, interitum v-
bis ſignum id aſſumentes, quacunque id accidat ex cauſa. Quocunque autem caſu, vna earum deficiente,
altera in deficientis locum a pontificibus ſubſtituitur. Ex quibus omnibus patet quanto fuerit in honore K
virginitas apud Gentes. Nam ꝙ dæmones eam reuereantur (nec refert ficte an ſerio) exemplo indubitate
Emilia & Tuſcia Veſtales, quarum altera aquam cribro e Tiberi hauſtam in templū attulit, altera ignē
extinctum veſte ſua rurſus accendit. Subijcimus & illud. Vrbinia veſtalis deprehenſa, ꝙ virginitate vio-
miſſa, ſacrificia pro populo perficiebat non pura ipſa, remouentes eam a ſacerdotio, & virgis cæſam viuam pa-
uam defoderant, Quo facto, morbus qui graſſabatur in vrbe, mulieres prægnantes cruda morte
Vrbicia. rientes, & cum fœtibus morientes, ex toto ceſſauit, id rurſus operantibus miniſtris Satanæ, in ſimulationem
prodicæ caſtitatis. O quot quibuſque fallacijs imponebat olim Satanas Gentibus. Quæ ſedebant in tene-
bris & vmbra mortis. Quod autem virginibus in honore eſſet etiam in veteri teſtamento vide Leui. 21.
Num. 15. capite. &c. Et cum hęc ita ſe habeant. Quinque ſunt virgines prudentes & quinque fatuæ. Et
Chryſoſt. vnde fatuæ? Chryſoſt. Quia ſeruato magno virginitatis munere, mandatum paruum charitatis non cu-
ſtodierunt

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

ſtodierūt, nō ſumentes oleum ſecum. Mandatum minimum dixi charitatis, quia nō de cellario ſed de corde iubemur hunc affectum amoris proximo exhibere, ſiquidem penu vacuum fuerit, alioqui magnū mandatum legis charitas eſt. Perſæ vbi virgines affectæ ſunt nubiles, congregatas in vnū locum ducunt, quas Math. 22. Perſæ.
circunſtante virorum frequentia, præco ſigillatim vendit ſed primum pulcherrimam [illegible]mnium carius emēti, ſecundo ſecundam, (prima diſtracta) pulchriorem. Pulcherrimis venditis deformes licentur, & hi accipiunt, qui minimo contenti ſunt. Ita aurum ex ſpecioſis virginibus conficitur, & per idem aurum cuicūq; volenti deformes ac debiles collocantur. Sed ad rem. Simile eſt regnum cęlorum [illegible]cleſia videlicet militās, decem virginibus: Et hę decem vna vocatur ab apoſtolo, 2. Cor. 10. Virginem caſtam exhibere Chriſto, cui vos deſpondi. Non enim omnis virgo caſta eſt, Sicut de quibuſdam viduis dicit Paulus, vidua indelitijs, viuens mortua eſt. Dicitur autem gratia exempli quinque & quinque, no[illegible] autem quia ęqualis ſit nu- 1. Tim. 5.
A merus prudentum & fatuarum. Multi enim ſunt vocati vel vocantur virgin[illegible], pauci autem ſunt electi, Math. 20.
aut iuxta Paulum, pauci ſunt ſancti corpore & ſpiritu, 1. Cor. 7. Appellantur ergo iſtę virgines fatuę, vt Chryſoſt.
oſtendatur, quod nihil amentius eſt, quam pecuniam in hac vita colligere, & nudos nos proficiſci, vbi maxime benignitate indigemus. Iſtæ quippe virgines erant ſed lampades vacuas portabant, caſtrauerant ſe propter regnum cęlorum, & nihilominus volebant duobus dominis ſeruire. Expoſito autem quæ ſint virgi- Math. 19.
nes fatuę, videlicet quę cuſtoditę a parentibus, mente tamen nupſerunt, ex oppoſito oſtenditur, quę ſint Math. 6.
prudentes. Quid eſt autem, exierunt obuiam ſponſo? Hoc explicatur per illud, quamdiu viuimus, peregrinamur a domino. 2. Cor. 5. Et illud, non videbit me homo, quamdiu viuit. ergo cum iuxta quod ſtatu- Exo. 33.
tum eſt ſemel mori (Hebr. 9.) ingredimur viam vniuerſę carnis, tunc occurrimus obuiam ſponſo. Intereſt 3. Reg. 2.
autem, quod virgines fatuę acceperunt quidem oleum, ſed in lampadibus tantum, non item in vaſis, prudē- 2. Cor. 8.
tes vero vtrobique, prouidentes bona coram Deo, item coram hominibus. Nam vt exempli gratia dica- Math. 16.
mus: Lucretia perdidit pudicitiam, vitam & animam, vt famam acquireret. Quam tamen commutatio-
B nem dabit homo pro anima ſua? Et hęc eſt tota fere virginum fatuarum & prudentum differentia: Quod illarum omnis gloria a foris eſt, iſtarum autem ab intus. Pſal. 44. Illę hominibus tantum placere quęrūt, Gal. 1.
quarum deus diſſipabit oſſa, Pſal. 52. Iſtę ſi adhuc inquiunt hominibus placere ſtuderemus, virgines Chriſti non eſſemus. Moram autē faciente ſponſo, dormitauerūt omnes & dormierūt. Caiet. ſignificatur autē Math. 8.
per dormitare peccata fragilitatis humanę tanquam quodammodo inuoluntaria. De omnibus enim dicitur, quod dormitauerunt & dormierūt. Abulē. dormitauerūt, ideſt vita functi ſunt, & dormierūt, ideſt in morte permanſerunt. Impijs quidem ſicut & dęmonibus dominus ſemper ante tempus venire videtur. Ideoque ipſi ſemper replicant inuitatorium illud, venite coronemus nos roſis, quamdiu floret ver noſtrum. Sap. 2. Eccle. 3.
Vocatur autem hoc loco mors dormitio, iuxta illud, Lazarus amicus noſter dormit. Ioan. 11. Et quia non cito contra impios profertur ſententia, qui opinantur ſponſum & iudicem nunquam affuturum, idcirco
C abſque timore dormitant, ideſt perpetrant mala. Dicuntur autem homines dormitare cum peccant, quia etiam iuſtus cadit ſepties in die, Prouerb. 24. Intereſt tamen, quia iuſtus cadens, reſurgit, impius cadens, quo profundius cadit, eo inuerecundius contemnit. Poteſt aliter dici, quod videlicet ſicut dormitio ſignificat mortem, ita dormitare nihil aliud eſt quam a ſalute langueſcere, quia per pondus ęgritudinis venitur ad ſom- Hierony.
num mortis. Media autem nocte clamor facta eſt. Hieronymus. Dicamus aliquid quod forſitam lectori vtile eſt. Traditio Iudęorum eſt, Chriſtum media nocte venturum, in ſimilitudinem Aegyptij temporis, Exo. 12.
quando paſcha celebratum eſt, & exterminator venit, & dominus ſuper tabernacula tranſiit, & ſanguine agni poſtes noſtrarum frontium conſecrati ſunt. Nocte Pharao cum ſuis in medio maris obruitur. Eſai. 37.
Exo. 14. Nocte angelus domini centum. 85. milia occidit de exercitu Sennacherib. Media inquit nocte, id eſt ſcienter, nullo ſperante, vel tale aliquid opinante, Sicut fuit in diebus Noe & Loth, quia diem illum Hierony.
pater ſolus nouit. Hieronymus. Subito & quaſi in tempeſta nocte, & ſecuris omnibus, quando grauiſſi-
D mus ſopor eſt, per angelorum clamorem & tubas præcedentium fortitudinum, Chriſti reſonabit aduentus. Quæ verba non ſtant cum poſitione. S. Thomæ dicentis, quod reſurrectio erit probabiliter in crepuſculo. 4. d. 43. Si autem clamor iſte accipiatur pro aduentu Chriſti in morte cuiuſlibet, media nocte fit, ideſt Thomas.
tempore incerto, quia nihil incertius hora mortis, ſi homo videlicet naturaliter vita fungitur, quia ſicut audiuimus, Nemo tam fractis eſt viribus, qui non ſperet ſe vnum adhuc annum victurum. Doctor noſter ita dicit. In. 4. diſtin. 43. q. 5. Non videtur accipiendum ad litteram illud. 1. Theſ. 5. Veniet dominus tā Scotus.
quam fur nocte. Quia & ſi poſſet dominus ſic manifeſtari ſingulis, tamen probabilius eſt ad cōfuſionem Eſai. 26.
reproborum de quibus dicitur, videant & confundantur, quod & videbunt ſe mutuo & a iuſtis, vt ſint in loco illuminato, & per conſequens non erunt ibi tenebræ. Dicam ego: Quomodo erunt tenebræ, fulgente ibi vexillo crucis, ſepties ſole ipſo luminoſiore, ita vt ſol nō luceat in pręſentia crucis? Ea igitur hora qua ipſe iudicatus eſt a Pilato vel qua ſurrexit a mortuis fortaſſe venturus eſt. Hæc ille. Quacunq; igitur ho-
E ra venerit, in claritate veniet & gloria, media tamen nocte veniet, quia nullo mortalium tale quid opinante. Sed dices. Quomodo inopinatus poterit eſſe eius [illegible]aduentus, quem tot & tanta ſigna præcedent? Sed tanta erit illius ſæculi infidelitas, tam rara virtus, vt eo iam pręſente in ianuis, putetur nunquam venturus. Nam quem dabis mihi inquit Chryſoſt. non dicam laicum ſed vel presbyterum aut monachum, qui Math. 24. Chryſoſt.
ad perfectum contemnat ſęculi bona, credens conſummationem eſſe propinquam? Omnes deſeruiunt curis & honoribus ſæculi, ita vt impletum videatur illud: Erit ſicut populus, ſic & ſacerdos. Media igitur nocte clamor factus eſt. Grego. O ſi ſapere in cordis palato poſſet, quid admirationis habet quod dicitur: Ecce ſponſus venit, quid dulcedinis, intrauerūt cum eo ad nuptias: Quid amaritudinis, clauſa eſt ianua, Neſcio vos. Venit quippe ille qui ſuo aduentu elementa concutit & hic ſponſus vocatur, ſed caſtis virginibus, Eſai. 24. Gregorius

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

niſbus, non adulteris & laſciuis, qualis diua. Alibi vero iudex vocatur iuſtus, quando ſeparabit oues ab
hædis. Require ſupra Lucæ. 12. De illo qui inter verba illa, inductæ filij, in ipſis ſuis vocibus de habita-
Gene. 34. culo ſui corporis auulſus eſt. Vnde ſequitur. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & or-
nauerunt lampades ſuas. Fatuæ autem ſapientibus dixerunt. Date nobis de oleo
veſtro, quia lampades noſtræ extinguntur. Reſponderunt prudentes, dicentes, Ne
forte non ſufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Sed ſi iuxta
apoſtolum cum dixerint (id autem falſo opinantes) pax & ſecuritas, repẽtinus eis imminet interitus, quo-
modo omnes virgines hic ſurrexiſſe feruntur? Sed ſicut dicit Chryſoſtomus, quemadmodum ſecuritas etiã
Chryſoſt. diligentes negligentes facit, ſic & timor præſentis periculi negligentes etiam excitat, niſi ſint aliqui Ionæ,
qui etiam inter procellas ſtertunt: Et tamen ipſi etiam excitandi ſunt a tuba illa cæleſti: omnes enim ſur-
1. Cor 11. rexerunt, ſed illa ſollicitudo nihil proderit, quam non amor ſed timor generat. Verum ſi ſemper nos diiu- F
Hiere. 2. dicaremus, quemadmodum ante tribunal Chriſti iudicandi ſumus, nunquam peccaremus in fratrem no-
Chryſoſt. ſtrum, & in deum noſtrum. Sicut autem virgo de formis fruſtra ſe componit, oculos depingens ſtibio, ad
Canti. 5. quærendam dilectionem, ita tunc & peccatores fruſtra mendicabunt oleum. Qui enim ſecuritatis tempo
re ſtuduerit arma ſua polita & munda ſeruare, & ad manum habere, iuxta illud, vniuſcuiuſque enſis ſu-
pra femur ſuum propter timorem nocturnæ illius vocis, ecce ſponſus venit, ſecurus occurret. Impio autem
non proderit feſtinare vt lampadem ornet, quoniam multorum annorum deſidia non poteſt vna hora
Lucæ. 23. emendari, niſi tu es alter latro. Sed quæ a iure communi exorbitant, non ſunt ad conſequentiam trahen-
da. Surrexerunt igitur omnes & ornauerunt lampadis ſuas, infundendo oleum, cuius aliqua pars inter dor
Matth. 20. miendum conſumpta fuerat ab igne. Dormimus enim quando a bono opere feriamur, iuxta illud, ſtatis
tota die dormitabundi & ocioſi. Item apparuerunt lychnum lampadis, præcidentes emunctorio id quod
ab igne ingroſſatum fuerant, aut in carbonem verſum, vt ſic reparatæ & ornatæ lampades, clarius luce- G
Hilarius. rent. Poteſt autem nomine lampadũ corpus intelligi quod ſemel depoſitum animæ reaſſumunt iuxta
Hilarium. Poſſunt & nomine lampadũ conſcientiæ ſignificari, quæ non melius ornantur q̃ infuſo oleo,
de quo dicitur, omni tempore veſtimenta tua ſint candida: Ecce oleum in lampadibus, quod pertinet ad
famam, & oleum de capite tuo non deficiat, quod refertur ad conſcientiam, id eſt ad oleum quod fertur in
Eccle. 9. vaſis. Hoc oleo vulnerum mitigatur tumor, Lucæ. 10. Eſai. 1. Languentium membra fouentur, in tenebris
lumen accenditur, vnguntur certaturi, de quo propheta: Ego ſicut oliua fructificaui in domo domini,
(Pſal. 51.) remittens debitoribus, ex cadis centum, quinquaginta cados, ideo miſericordiam expecto adeo
Lucæ. 16. meo, vt remittantur mihi. 10. millia talenta. Matth. 18. Tu igitur quam diu viuis, incende ignem, ne dicas ſe-
Prouerbiũ ro, lampades noſtræ extinguntur. Virgines enim hæ fatuæ lampades quidem acceperunt, & has accen-
ſas, in fuſo oleo, non tamen acceperunt aliud oleum in vaſis, ſimul cum lampadibus. Quia ergo accepe-
runt lampades, dicuntur ſurrexiſſe cum virginibus prudentibus, & ornaſſe lãpades, timore enim extremi H
iudicij multa faciũt peccatoris de genere bonorũ, vel certe vanæ gloriæ intuitu, de quo dictũ eſt Matth. 6.
noli tuba canere. Quia autem non acceperunt oleum aliud in vaſis, ſequitur, fatuæ ſapientibus dixerunt,
date nobis de oleo veſtro. In præmiſſa parabola ita fuit, q̃ virgines ſtultæ mendicauerunt oleum, in iudi-
Matth. 25. cio ſecus erit, quia reprobi nihil poſtulabunt ab electis, & ſcient, q̃ etiam ſi id mendicent (ſicut epulo a
Lucæ. 16. Lazaro) non poſsit eis communicari, namq; antequam ſiſtantur iudicis tribunali ſcient certo damnationem
ſuam. Ponitur igitur ad eleuandam ignorantiam noſtram, vt ſciamus illo die iræ & iuſti iudicij & reuela-
tionis, nec Noe, nec Iob, nec Danielem liberare poſſe filios ſuos. Et ſi hunc locũ exponas de morte cuiuſli-
Rom. 2. bet, etiam viuentes non poſſunt vita functuris concedere merita ſua, vt proſint illis ad vitam æternam,
Ezech. 14. quia illa non ſunt communicabilia. Primum quia homo dum viuit, non habet ſecura merita ſua, quia po
Abulen. teſt illa perdere. Ezech. 18. Secũdo quia nemo poteſt dare niſi ex ſuperabundãtibus meritis, at nõ ſunt cõ
2. Cor. 1. digne paſsiones huius temporis, &c. Rom. 8. Tertio nemo poteſt dare niſi quod ſuum eſt, merita autem I
noſtra potius ſunt Dei, quia ſiunt ex charitate quæ eſt donum Dei. Sed audi Senecam. Memento q̃ bo-
na mens non commodatur, non emitur, & reor, ſi venalis eſſet, non haberet emptorem. At mala conditi-
emitur. Iſtæ non legerant, gloria noſtra hæc eſt, non quid cæteri de nobis mentiantur, ſed teſtimonium cõ-
ſcientiæ noſtræ. Et opus ſuum probet vnuſquiſq;, & tunc in ſemetipſo tantum habebit gloriam & non
in altero, Gala. 6. Gregorius. Si enim laudibus lætamur, & iniurijs frangimur: gloriam noſtram non in
nobis ſed in aliorum ore poſuimus: vacuas lampades ferimus, & ab alijs oleum mẽdicamus. Sed nec Noe
Ezech. 14. nec Iob nec Daniel nec Abraam aut Moſes liberabunt filios ſuos: ſed ipſi iuſticia ſua liberabuntur. Per
2. Cor. 6. infamiam & bonam famam currit apoſtolus, vt ſeductor & verax. Quia enim ſunt multi qui vitam bo-
Chryſoſt. norum amplius q̃ debent laudant: ne qua elatio inde ſubripiat: permittit deus malos in obtrectationem
bonorum prorumpere: vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur: ab ore vituperantium ſuffo- K
cetur. Lampades noſtræ inquit extinguntur: quia non conciliauerant ſibi amicos de mamona iniqui-
Lucæ. 16. tatis inuenerunt qui facerent miſericordiam cum ipſis. Dicitur autem in laudem mulieris fortis. Non extingue-
tur in nocte lucerna eius. Prouerb. 31. Bene in nocte (amicta eſt enim ſole) quia interdiu multorum videtur
tur lucere: cum res floret & in pace ſunt omnia Lucæ. 11. In tempore enim credunt: & inundante tentatio-
ne recedunt. Mendicat & epulo ille ſtillam olei ex digito Lazari, nec tamen accepit: quia nullum dum
Lucæ. 8. viueret amicum fecerat: ſed ventrem inſtituerat heredem. Reſponderunt itaque prudentes dicentes, Ne
Lucæ. 16. forte: &c. Auguſtinus. Non deſperanter ſed humiliter dictum eſt: ne forte non ſufficiat nobis & vobis.
Auguſt. Quis enim ſic præſumat de conſcientia ſua: vt certus ſit: eam ſibi in iudicio Dei poſſe ſufficere: (dicente
Paulo: Ne forte reprobus efficiar, non in hoc iuſtificatus ſum: nihil licet mihi conſcius ſim) niſi miſericor-
diter

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

miſericorditer iudicet? Eſt autem ſermo in abſolutus, niſi ſub audias, timemus, aut periculum eſt, aut non
faciemus. Intelligitur enim id quod non explicatur, prudentes virgines negaſſe fatuis oleum, Chryſoſto. 1. Cor. 5.
Ita enim futurum eſt terribile iudicium illud, vt nulla innocentia ſibi confidat, etiam ſi ſit ſanctus Iob cu- 1. Cor. 4.
ius verba ſunt: Neque enim repræhendit me cor meum in vita mea, quando ſtellæ non ſunt mundæ in Chryſoſt.
conſpectu eius. Si enim ſtellæ non ſunt mundę ante eum, ſed ea quæ natura impeccabilia ſunt, quantum Cap. 27.
ad iuſticiam Dei inueniuntur immunda, quomodo ante eum homo appareat iuſtus, cuius & ſine volun- Iob. 25.
tate peccandi natura ipſa (vt ita dicam) peccatum eſt? Dicente Paulo: Ego autem carnalis ſum, & ſcio q
non habitat in carne mea bonum. Hoc dicimus volentes explicare id quod dictum eſt, ne forte, &c. Cæ- Rom. 7.
terum Phariſæus ille fama notiſſimus non erat ſicut cæteræ virgines prudentes, Lucæ. 18. Beatus autem ho-
mo qui ſpem habet in ſemetipſo, & in vita ſua (gratia Dei tamen ſumus quicquid) maledictus homo qui Hiere. 17.
A confidit in homine, in illo enim dixit vnuſquiſque onus ſuum baiulabit. Gal. 6. Quamdiu igitur ſuper
eſt nobis vel ſtilla olei in lechyto, vnde impleamus vaſa vacua paſcamus pauperem Heliam, ſuſcitemus
donum quod accepimus adeo (1. Tim. 4.) aut iuxta Græcum reſuſcitemus, id eſt enim, anazopyrein, ne
ſemel extinctus, pereat omnis ſpes noſtra (id quod diximus de Veſtalibus) & neceſſitate vrgente: Mendi- Prouerbiũ
care cogamur, ſed fruſtra Ita dicit Prouerbium, viuit, incende ignem. Dicitur autem, vbi in negotij peri-
culoſi puncto feſtinandum admonemus, vt cum ſcintillula reperta, feſtinatur ne pereat & illa: qua peni-
tus extincta, nulla reliqua ſpes eſt excitandi lucernam. Ite inquit, ſicubi inueneritis. Chryſoſt & Hilarius
vendentes exponunt pauperes Chriſti: ſed in hoc ſenſu poteſt applicari ad diem iudicij. Origenes. Quid
mihi conducit martyr pater, ſi non bene vixero, & ornauero generis mei nobilitatem: Ite igitur ad ven- Origenes.
dentes. Videtur autem ironica loquutio, nam pulſante ad ianuam iudice, quis locus erat olei emendi? Ita-
que virgines prudentes non propter auaritiam ſed propter timorem ſic reſponderunt, alioqui ſcriptum eſt
B Lucæ. 6. Omni petenti te, tribue, Et poteſt dici iuxta Hieronymum & Chryſoſto, q negantes oleum, cõ Hierony.
ſilium ſaltem tribuerunt, illud videlicet ne vllo pacto occurrent ſponſo, extincta lampade. Vnde illud.
Qua propter o rex conſilium meum tibi placeat, quandiu non ſonat vox illa: exite obuiam ſponſo, in pa
rabola ſic fuit q ſtultæ petierunt oleum a virginibus prudentes in die iudi nihil tale fiet. Sequitur. Ab-
euntibus autem illis ad emendum, venit ſponſus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cũ
eo ad nuptias. & clauſa eſt ianua. Deinde veniunt & reliquæ virgines (ſed intẽpeſtiue)
dicentes Domine domine aperi nobis. At ille reſpondens ait. Amen dico vobis, ne-
ſcio vos. Quo abierunt virgines iſtæ nomine tenus? Poſt mortem enim non eſt locus pœnitendi, nec Matth. 22.
operandi, ligatis ſemel manibus, ablata villicatione, & ſepultis impijs in tormentis. Lucæ. 16. Quo ergo Prouerbiũ
abierunt? Itaque ſenſus eſt: Ne ſero ſapiamus iuxta Prouerbium, & præoccupati a die mortis, inducias pe
tentes, non obtineamus. Quia non raro percutitur hac animaduerſione peccator, vt moriens obliuiſcatur-
C ſui, qui dum vixit, de oleo ſibi pro futuro ſæculo non prouidit. Non q negemus pœnitentiam etiam ve
ſero pœnitenti. Sed vnum tantum Ionam legimus & ventre ceti redditum vitæ, vt prædicaret alijs pœni- Ione. 2.
tentiã. Habet enim cetus iſte foramen quoddam in maxilla, de quo dicitur, contendite intrare per angu- Lucæ. 13.
ſtam portam ſicut ſerpentes prudentes, Matth. 10. Aut ſicut prudentes virgines: De quibus dicitur, quæ
paratæ erant, intrauerunt cum eo, &c. Legimus in Hiſtoria competentis autoritatis, capta Ptolomaide Hiſtoria.
a Sarracenis, virgines Deo ſacræ ex inſtituto ſanctę Claræ quę ibidem morabantur mutuis vulneribus
vultus fœdaſſe, vt ab hoſtibus darentur peſſum: Quare ad vnam omnes interfectę ſunt, & intrauerunt cũ
ſponſo ad nuptias. De hoc ita habes Deut. cap. 21. Si egreſſus fueris ad pugnam, & tradiderit deus inimi-
cos in manus tuas, captiuosq; duxeris, & in numero captiuorum videris mulierem pulchram, & adama-
ueris eam, volueriſq; habere vxorem, introduces eam in domum tuam. Quę radet Cęſariem & circunci-
det vngues, & deponet veſtẽ in qua capta eſt, ſedenſq; in domo tua, flebit parentes vno menſe, & poſtea
D intrabis ad eam & dormies cum ea, & fiet vxor tua. Pręparatio igitur de qua dicitur, & quę paratę erãt,
in his quinq; conſiſtit. Primum oblita populum ſuum & domum patris ſui, inſeratur eccleſię aut religioni.
Secundo radat Cęſariem. 3. Circũcidet vngues; quarto deponet veſtem, quinto flebit parẽtes. Iuxta Abu-
lenſem hęc omnia nihil aliud ſignificabant q omnimodam & perfectam mutationem a Gentilitate ad Figura.
Iudaiſmum, & iuxta tropologiam, perfectam mortificatiõem ab amore ſęculi huius, de qua Paulus, mi-
hi mundus crucifixus eſt. Galla 6. Dedi peſſum hunc mundum, quaſi ſit homo quidam pendens in ligno,
qui maledictus eſt iuxta legem. Iubetur igitur capillos deponere (ornamentum principuum fœminarum) Deut. 21.
vt ſuperfluis abdicatis (quot enim abutuntur corniculę iſtę ad ornatum & vanitatem & non ad neceſſi-
tatem!) Habens alimenta & quibus tegatur, his contenta ſit. Vngues circũcidit, vt ſua largiatur, quę ra 1. Tim. 6.
piebat aliena. Vngues circũcidat item, ne iniuriam retaliet, ſed percutienti maxillam, alteram paret. Ve-
ſtium mutatio, depoſitionem ſignificat veteris hominis, Collo. 3. Ne ingreſſu eccleſiam; ſecum ferat Æ- Ezech. 16.
E gyptios mores, ſicut ſcriptum eſt, quando nata es, non eſt pręciſus vmbilicus tuus, de quo loco alias dixi Ephes. 5.
mus. Quod autem iubetur parentes flere, intelligimus illud, q nemo carnem ſuam odio habuit, tamen
inquit dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Matth. 8. Deinceps inquit, intrabit ad eam, & fiet eius v-
xor, & hoc eſt quod hic dicitur, intrauerunt ad eam quę paratę erant. Ergo ipſe intrat ad nos in preſenti
per gratiam, & capilli eius pleni guttis noctium, (Canti. 5.) & nos intramus ad eum in gloria. Dicit autẽ
Ioannes, q virgines ſequuntur agnum quocunque ierit. Auguſtinus Dignum eſt quęrere, quo Chriſtum
ſequuntur virgines, quo eum ſequi nequeant non virgines, atque illas neſcio quo vbique manens, ſecum Auguſt.
ducat, nec tamen eas quę non ſunt virgines deſerat, Sed cum hęc ſint. De his quę in cor hominis nõ aſcẽ- Apoc. 14.
derunt, quod Paulus tacuit, id ex me ſcire nemo quęrat, quod me neſcire ſcio Hoc ſcimus q quę paratę 1. Cor. 2.
erant.

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

trãt, intrauerunt cum eo, & clauſa eſt ianuã. Non enim poſt diem ſupremum patet locus aut meritorum
Lamach. aut precum. Lamachus quendam turmæ ducem in errorem lapſum obiurgabat, qui cum dixiſſet ſe poſtea.
Nunquam facturum: At qui non eſt inquit in bello bis peccare. Clauſa eſt inquit ianua, quotquot foris
Ioſue. 6. inuenti fuerint, abſorbebuntur a fluctibus, peribunt cum ciuibus Hiericho, qui reperti fuerint extra domũ
Raab, quæ habet coccum pro ſigno. Ianua igitur cum a morte Chriſti omnibus credentibus pateat, hanc
contra ſe claudit, qui lampade vacua ſponſo occurrit. Poſterius igitur veniunt reliquæ virgines, dicentes
domine domine, aperi nobis. Ita dicebat epulo, pater Abraam miſerere mei. Sed quid audiuit? Magna vo
Luc. 16. rago firmata eſt inter nos & vos. Si enim de peccatoribus qui adhuc viuebant, & poterant pœnitere: Di-
Hiere. 7. citur ad Hieremiam, tu noli orare pro populo iſto, quia non exaudiam te, omnino enim tradendi ſunt ca
Matth. 22. ptiuitati Babylonicæ, quanto magis peccatores qui ſemel ligatis manibus & pedibus proiecti ſunt inte-
nebras exteriores non exaudientur? Etiam ſi millies clament, domine domine aperi nobis. Quid enim pro- F
Iaco. 2. deſt voce inuocare, quem operibus neges? Nam & dæmones credunt, & tremũt. Non omnis qui dicit mi-
hi, domine domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis eſt, ipſe
Matth. 7. intrabit in regnum cælorum. Domine aperi nobis. Oleum ferebant fatuæ, & tamen non ſunt admiſſæ. Et
Exo. 33. in hoc admodum refert inter parabolam & eius applicationem. Quia in parabola licet virgines fatuæ af-
Matth. 25. ferrent oleum, non ſunt ingreſſæ ad præſentiam ſponſi, quia ſero reuertuntur, in applicatione ſecus eſt,
quicunque enim habet charitatem, dignus eſt vita æterna. Et tamen tempus aliquod eſt, in quo charitas ha-
beri non poteſt etiam centies quæſita, poſt mortem videlicet. Reuerſio igitur virginũ fatuarũ, eſt quantũ
Luc. 16. ad parabolam, quia vere reuerſæ ſunt empto oleo, ſed quantum ad applicationem non innuitur quod reuer-
ſæ ſint cum charitate, ſed quod etiam ſi mortui vellent tunc habere charitatem qua cum poſſent occurere ſpõ
ſo, non poſſent, receperunt enim bona in vita ſua, pœnitent, ſed inutiliter. Sap. 5. Vnde ſequitur, Amen di-
Deut. 32. co vobis: Neſcio vos, hoc eſt indigni eſtis ſcientia mea. Marcion hereticus aliquando obuius Polycarpo G
epiſcopo ſancto, cum diceret, agnoſcis me? Agnoſco inquit primogenitum diaboli. Ergo Chriſtus agno-
ſcit reprobos quod ſint de numero hædorum, &c. Quo contra dicitur. Ad Moſen, inueniſti gratiam coram
me, & te ipſum noui ex nomine. De peccatoribus autem ſcriptum eſt, dixi, vbi ſunt? Delebo de terra
memoriam eorum.

Caput. ij. De iudice vniuerſorum, qui ſtatuet oues a dextris, hœdos a ſini-
ſtris, & diſcuſſa opera ſingulorum, id eſt ouium & hœdorum: pronuntiat
iudex ſententiam: ad oues dicens, venite benedicti, ad hœdos, ite maledi-
cti in ignem, &c.

Vigilate ergo: quia neſcitis diẽ neque horã. Concluſio eſt illata ex præceden-
tibus, vt cum vigilare apoſtolos ob ignorationem diei illius patri ſoli noti, moneat
(quem ſi ſcirent iuxta myſterium illi de tempore Noe, ingrederentur arcam, & illi
de pentapoli pœniterẽt) per id neſciri ab eo virgines noſcerentur, quod ſopitæ & negli-
gentes, indignæ aditu thalami ſui, oleo indigendo manſiſſent. Alias quomodo ne-
ſciebat eas, quæ & adeunt & rogant vt aperiatur eis? Audiunt tamen neſcio vos.
Quia tanto maior tunc exercetur ſeueritas, quanto nunc maior miſericordia proro-
Plutarch. gatur. Et enim iuxta Plutarch. Ipſum tempus ad res gerendas, quemadmodum &
medicamẽta, maximum vitæ mortiſque momentũ affert. Vigilate itaque, &c. Eſt enim
Matth. 24. ſecretũ ſecretorũ, quod ſolus pater nouit, ne forte ſit in foribus quẽ abeſſe peregre putamus. Sicut homo
peregre proficiſcens: vocatis ſeruis ſuis: tradidit illis bona ſua. Et vni quidem de-
dit quinque talenta: alij vero vnum. De hoc dictum eſt lib. 8. cap. 11. Eſt enim eadem parabola cum I
illa de decem minis. Dicemus tamen aliqua. Qui quinque talenta acceperat: Lucratus eſt totidem. Acce-
Pſal. 103. ptis enim terrenis vel corporeis ſenſibus, cæleſtium ſibi noticiam acquiſiuit: ex creaturis agnoſcens creato-
Chryſoſt. rem, iuxta illud. Quam magnificata ſunt opera tua domine, omnia in ſapientia feciſti. Ad hæc Chryſoſt.
Non credo quod ſalutis compos poſſit fieri is, qui nihil alterius vtilitate laborauerit. Nec enim hunc de euan-
gelio præſenti timidum ſeruum quicquam iuuit, quod talentum creditum bona fide intactum ſeruauit, cum id du-
plicatum debuiſſet offerre. Et tamen multi qui videntur ſerui fideles, ſi vocentur ad calculos, adeo talen-
Matth. 18. tum non reddent domino integrum, vt debitores inueniantur decem milium talentorum. Dicitur autem
de vna neſcio qua muliere forti, quod panem ocioſa non comedit, & digiti eius apprehenderunt fuſum. Hie-
ronymus In colo lana inuoluta eſt, quæ aleua in dexteram nentibus fœminis tranſit. Leua præſentem vi-
Hierony. tam, æternam dextera. Leua præſentia Dei dona ſignificat, videlicet diuitias, pacem temporum, pro-
ſperitatem corporum, & cæleſtium perceptionem ſacramentorum. Hæc & huiuſmodi bona cum percepi-
Matth. 22. mus, quaſi lanam in leua geſtamus. At cum acceptis his talentis, negociamur, nuptialem inde nobis veſtem
contexemus. Verum obſerua illud quod ſequitur de muliere forti: Non timebit domui ſuæ a frigore niuis,
quoniam oẽs domeſtici ſui veſtiti ſunt duplicibus, hoc eſt dictu, ſic quære quæ tua ſunt, vt nõ obliuiſcaris
quæ ſunt Ieſu Chriſti, iuxta illud, intellige quæ ſunt proximi tui ex te ipſo. Hoc eſt lex & prophetæ. Matth. 7.
Eccle. 31. Et obſerua diligenter quomodo Noe & tres filij vxor eius & vxores filiorum anno integro fuerunt in ar-
ca, nec tamen interim panem ſuum ocioſi manducabant. Quid ergo? Ambulabant inter aſpides & tigres
velut tres pueri inter flammas, miniſtrabant eis cibum in tempore ſuo. Quid eſt in tempore ſuo? Ipſi enim
anno integro ſolem non viderunt nec lunam. Igitur cum Noe eſuriebat, eodẽ tempore eſcas miniſtrabant
volatilibus

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

oportet, & omnium libri aperiendi, vt iuſticia iudicis manifeſta fiat. Ita tenet Abulenſis, Matth.25.q.12.
Abulenſ. quod iudicium fiet vocaliter. Niſi dicas q deus poteſt vnicuique manifeſtam facere conſcientiam alterius idque breui mora, quod nos non negamus deum facere poſſe, vt quilibet ex iudicandis videat conſcientias iudicandorum. De hoc alij viderint. Nos proſequamur textum euangelij. Sedebit igitur iudex, & ſtatuet oues a dextris. Vocantur autem iuſti oues, & propter manſuetudinem, & quia multus eſt ouium fructus, & alana & a lacte & a fœtibus qui pariuntur. Separabuntur igitur oues ab hædis: Quandoquidem hic omnia ſunt permixta, piſces mali cum bonis, Matth.13. Palea cum frumento, quia neſcimus quis odio quis amore dignus ſit. Eccle.9. Sed videmus ſtultos poſitos in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum,
Eccle. 10. ſeruorum examina in equis, & principes ambulantes ſuper terram quaſi ſeruos, Tyranos in purpura iuſtos in vinculis, de quibus Paulus, egentes: anguſtiati afflicti, quibus dignus non erat mundus. Vnde ſe-
Hebr. 11. quitur ex eccleſiaſte. Omnia in futuro ſeruantur in certa (dicentibus multis, nõ ſum ſicut cæteri) eo q vni- F
Luc. 15. uerſa que eueniant iuſto & impio. Vnde & corda filiorum hominum implentur malicia & contemptu in vita ſua, donec veniat paſtor qui ſegreget oues ab hedis, qui ſolus nouit corda filiorum hominum vtrum nam ſignata ſint charactere. T. an ſigno mortis. T. videlicet. Tunc dicet rex ijs qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitu-
41. diſt. hoſpitale. 52. q. 7. q cap. afferebat. tione mundi. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram, & collegiſtis me, nudus & cooperuiſtis me, infirmus, & viſitaſtis me, in carcere eram, & veniſtis ad me. Principio obſeruandum, q qui benedicti dicuntur, a patre dicuntur benedicti: Omne enim datum optimum deſurſum eſt. Iacobi.1. Quod autem ait, ite maledicti, non ſubiecit, patris mei. Benedictionis enim largitor eſt pater, maledictionis autem vnuſquiſque ſibi per opera ſua eſt autor. Hoc autem quod dicit, venite benedicti, ſimile eſt illi ſententiæ, voca operarios.
Matth. 20. Nam laborem quo in vinea Dei laborarunt, portantes pondus diei, hunc diem per partes explicat ſenario G
Gene. 2. numero. Nam & ſex diebus fecit deus cęlum & terram, & in ſeptimo requieuit. Et nos audiuimus ex lege, omne opus ſeruile non facietis in ſeptima die. Reuera opera ſeruilia ſunt paſcere eſurientes, hoſpites tecto ſuſcipere, &c. Sed hec miniſteria Marthæ ſunt circa multa ſatagentis (Lucæ.10.) Diebus ſex quod eſt opus Marthæ, vocantur benedicti ad requiem Marię, vt poſſideant paratum ſibi denarium vel regnum a conſtitutione mundi. Et hic ruſſus obſeruandum, q regnum quidem paratum eſſe dicit iuſtis a conſtitutione mundi: Cęterum ignem quo mittendi ſunt hędi, non ipſis hędis vel peccatoribus paratus erat, ſed diabolo & angelis ſuis. Tamen quia diabolum voluerunt habere parentem, cum illo mittentur.
Hierony. Eſuriui inquit. Hieronymus ſuper. 3. Malachię cap. Diximus temporibus Eſdrę famem fuiſſe grauiſſimã
Neemię. 5. & ob famẽ pauperes rerum neceſſitate compulſos, filios & omnem ſubſtantiam vendidiſſe. Itaque famis tempore & hi qui parum habebant frumenti & hi qui multum, pro neceſſitate vel pro precij magnitudine, Leuitis decimas nolebant reddere, qui non habebant partem in terram Iudeę: ſed primitię & deci- H
mę erat hereditas eorum. Dicit ergo dominus, Reuertimini ad me, & par pari referẽs, ego reuertar ad vos. Qui non intelligentes ſe a domino receſſiſſe, impudenter interrogant, in quo reuertemur? Quando receſſimus? Et dominus. Si fraudat homo deum, ſicut vos fraudatis me? Quia enim populus vt diximus, primitias & decimas leuitis non reddebat, ſe ipſum fraudem dicit dominus ſuſtinere, cuius miniſtri fame & penuria templum deſeruerint. Si enim per alios viſitatur in carcere, & egrotus ſuſcipitur, & paſcitur & potatur, cur non in miniſtris ipſe decimas accipiet, & ſi non dentur, parte ſua ipſe priuetur? Ad hęc Chryſo.
Chryſoſt. Phil. 2. Si cum inimicus eſſem, & aduerſarer eum, ipſe pro me & pro omnibus ad mortem ſe ipſum tradidit, mortem autem crucis. Cum poſt hęc omnia, nec pane quidem ipſum eſurientem dignatus fuero, quibus tum oculis aſpiciam? Et conſidera ipſius Dei bonitatem. Non enim beneficia recenſet quæ in te contulit, creā-
Matth. 18. do, redimendo, gubernando, parcendo vſque ſeptuagies ſepties: hęc inquam omnia tacet. Quid ergo recenſet? Omnia quę in pauperes contuliſti. Quid improperat? Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare. Nã I
Gregori9. vt de cęteris taceam, Lazarus fame excruciatus, vita defunctus eſt. Gregorius ſuper illud: Nunquid tale
Eſai. 58. eſt ieiunium quod elegi? Qua in re penſandum eſt, virtus abſtinentię quam parua eſt, quę non niſi ex alijs virtutibus commendatur. Vnde Zach.7. Cũ ieiunaretis in quinto & ſeptimo per hos.70. annos, nunquid ieiunaſtis mihi? Non enim Deo ſed ſibi quiſq ieiunat, ſi ea quę ad tempus ventri ſubtrahit, non egentibus, ſed venter poſt modum offerenda cuſtodit. Sed quod non ſine dolore dicimus nonnulli huius mundi diuites, cum fame crucientur Chriſti pauperes, effuſis largitatibus, nutriunt hiſtriones, nutriunt & canes. Audient ante aliquando, ite in ignem æternum, quia me eſurientem in pauperibus non paſtis. Ecce nequaquã audiunt, q rapinas vel aliqua violenta commiſeris, & tamen ęternis ignibus mancipantur. Quanta ergo damnatione plectendi ſunt, qui rapiunt aliena, ſi ſic feriuntur, qui ſua in diſcretè tenuerunt vel pro digne diſperſeruit? Nec dicitur de epulone, q aliena rapuerit, ſed q in fructuoſe proprijs vſus eſt. K
Qua propter iuſſus eſt ſuccidi, ne terram occuparet, & locum quem occupabat alij relinquere, quia latere
Luc. 16. forſan de pauperibus bene mereretur. Chryſoſt. Deus qui poſſet per ſe alere omnes ſanctos, continet ta-
Chryſoſt. men aliquando manum ſuam ab impendio miniſtrandi, vt ad bonum promptas mentes in tempore ne-
Luc. 13. ceſſitatis de fructibus humanitatis oſtendat. Quod ſi non fuerint digni aut volentes qui ſanctos Dei ſuſcipiant, tunc eos dominus aut per coruos ſicut Heliam, aut per prophetam aliunde tranſmiſſum, ſicut Danielem. cap. 13. aut per maritimum animal ſicut Ionam per cetum, aut ipſe per ſemetipſum deus per ſe
3. Reg. 17. alimenta præſtat, ſicut patribus in deſerto. Exo. 16. Mittitur Helias ad viduam, quę vnicum habebat farinæ pugillum. O laudabilem rem, q in tanta rerum penuria ipſum modicum non denegauit ignoto homini. O deteſtabilis & in ſatiabilis hominum multorũ auaritia. Quot cum ex ſuperabundantibus poſſent



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

miſericordiam præſtare, ſe nihil habere iurant, quia neſciunt ſe habere fratrem. Gene. 41. Illa autem pau- Chryſoſt.
percula gentilis & ex lex ab vna voce poſtulata, non negauit quod habebat. Cæterum iſti qui Chriſti no
mine cenſentur, ſiquid mutuum dant, manum primum ligant callidis ſyngraphis, quibus impune fœno
ra ſua extorqueant. Nolite errare boni, deus non irridetur. Quæ homo ſeminauerit, hæc & meſſurus eſt. Galla. 6.
Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Et reuera Chriſtus bis ſitim ſuſtinuit, Et altera quidem vice audiuit, Iu- Ioan. 4.
dæus cum ſis, a me petis aquam, altera autem felle ſiti eius ſuccurſum eſt. Ioan. 19. Tamen quicunque de-
derit vni ex minimis iſtis calicem, non perdet mercedem ſuam, ne enim habet deb[illegible]rem, amen dico vo-
bis, inebriabitur ab vbertate domus meæ. Hoſpes eram, & collegiſtis me. Vere hoſpes. Vt qui non habe- Pſal. 35.
ret quod vulpes vel aues. Matth. 8. Vnde venit princeps huius mundi, & in eo nihil inuenit. Ioan. 14.
A Vnde in eo ſerpens nulla impreſſit veſtigia. Hoſpes erat cum natus eſt in ciuitate Bethleem, ideſt in di- Prouerbiũ
uerſorio, quia alius locus non erat puerperæ vbi honeſtius ederet granum illu[illegible] quo paſcitur eccleſia. Ho Luc. 2.
ſpes erat cui dictum eſt: Tu ſolus peregrinus es, mane nobiſcum (o mane nobiſcum bone & vrbane ho- Luc. 24.
ſpes) quoniam adueſperaſcit. Nudus, & cooperuiſtis me. Nudus ſiquidem pependit pro nobis in cruce, Matth. 27.
miniſtris Cæſaris ſortientibus ſuper veſtimentis eius. Vnde & illud, tulerunt tunicam Ioſeph, & intin- Gene. 37.
ctam in ſanguine vnius hædi, ad patrem mittunt. Cæterum Martinus nondum renatus in Chriſto, hoc
eſt ante quam Chriſtum indueret in ſacramento regenerationis (quot quot enim baptizati eſtis, Chriſtum in-
duiſtis) Chriſtum parte tunicæ ſuæ induit. Et hæc eſt iuxta Prouerbium Syloſontis Chlamis. Veſtiuit Gal. 3.
item nudum dominum Chriſtum, qui mercatus ſindonem (& opus eius in toto mundo dicetur) depoſitũ Matth. 26.
corpus inuoluit (officio fungens matris) & poſuit in monumento ſuo. Coopertus eſt igitur primum ſin-
done, & ſecundo contegitur ſepulchro. Non perdet mercedem ſuam Matth. 10. Et forte hic nudus eſt Sa-
B maritanus ille qui nudatur vt nos veſtiret. Lucæ. 10. Hunc nudum cum videris, operi eum, & carnem tuã Marci. 15.
ne deſpexeris. Eſai. 58. O carnem tuam ne deſpexeris, ne mortuum prædices, qui viuit & regnat ſed apud
Aegyptios, ideſt apud gentes. Hoc faciunt Iudæi, dicentes furati ſunt, illum deuoratus eſt a beſtia, ecce Matth. 28.
teſtem tanti mendatij, tunicam filij tui. Illi igitur habent tunicam, habent mortuum, nos viuentem in
ſæcula ſæculorum. Infirmus & in carcere, & in proſeucha & veniſtis ad me. Si Paulus qui homo erat, di- 2. Cor. 11.
xit & verum dixit, quis infirmatur, & ego non infirmor, vere verius idipſum dicere potuit gallina illa e- Eſai. 53.
uangelica, quia ſcriptum eſt, vere languores noſtros ipſe tulit, & portauit dolores. Tulit autem ſuper ſe
quædam ſicut famem, ſitim, ſomnum, laſſitudinem, abſtulit quædam a nobis, ideſt ab ægrotis, quos verbo
omnipotentiæ ſuæ ſanitati reſtituit. De ſuis autem membris facilis eſt interpretatio, quomodo infirma-
tus eſt, & fuit in carcere. Vnde illud. Propter ſpem enim Iſrael, catena hac circundatus ſum. Et illud. 2. Actu. 28.
Tim. 1. Det dominus miſericordiam oneſi fori domui, quia ſæpe me refrigerauit, & catenam meam non
erubuit, imo cum Romam veniſſet, ſollicite me quæſiuit, & inuenit. Dedit illi dominus inuenire miſeri-
cordiam adeo in die illa, in qua dicetur, venite benedicti. Concilium Toletanum. Credimus dominum
Ieſum Chriſtum non imaginarium corpus aut phantaſmatis alicuius in eo fuiſſe aliquid, ſed ſolidum atque
verum, hunc & eſuriſſe & ſitiſſe, & doluiſſe & fleuiſſe, & omnes corporis iniurias pertuliſſe. Pugnat hoc
ſanctum decretum cum verbis prædicatoris cuiuſdam dicentis inſipienter & falſo, Chriſtus nunquam purga-
uit ventrem, nec fecit lotium aliquando, quæ tamen coactũ eſt recantare publice. Tunc reſpõdebũt
ei iuſti dicentes. Domine quãdo te vidimus eſurientẽ, & pauimus, ſitientem, & dedi
mus tibi potum? Quando autem vidimus te hoſpitem, & collegimus, & nudum, &
cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmũ & in carcere, & venimus ad te? Et
reſpondens rex, dicet illis. Amen dico vobis, quamdiu feciſtis vni de fratribus meis
D minimis mihi feciſtis. Hæc omnia patent ex ſuperioribus. Fuit autem Leo nonus pontifex (referente Leo Papa
Sabellico) tam inſigni pietate, vt leproſum ante fores iacentem, in cubiculum adductum, ſuo reclinauerit
lecto. Is autem poſtridie requiſitus, neque ibi neque alibi apparuit. Multi perſuaſum habuere, Chriſtum do-
minum pauperis ſpecie Leoni ſe obtuliſſe, ad eius pietatem exercẽdũ, id quod non ſemel feciſſe legitur do
minus Ieſus Chriſtus. Ad hæc Origenes. Cõſidera quomodo bene facta iuſtorũ per ſingula mẽbra cõme- Origenes.
morat, dicens, eſuriui & dediſtis mihi manducare, &c. Sicut & ibi, hæc aut lachrymis lauit pedes meos, Luc. 7.
vnxit, terſit, oſculata eſt. Ad iniuſtos autẽ cum potuiſſet ſimiliter facere, præcidens narrationẽ, ſubuna-
uit vtrũque dicens, infirmus & in carcere. Quoniam miſericordia iudicis erat, benefacta quidem hominũ
ampliare, malefacta autem eorũ tranſitorie memorare. Sed & iuſti immorantur in vno quoque verbo di-
centes, domine quando te vidimus eſurientem, &c. quoniam proprium eſt iuſtorũ, beneficia ſua relata ſi-
E bi in facie, diligenter & per ſingula refutare & attenuare cauſa humilitatis. Tanquam ſi dicente domino,
hoc & hoc & hoc bonum in me feciſtis, illi recuſantes, dicant: Nec hoc, neque hoc, nec hoc fecimus tibi. In-
iuſti autem non ita per ſingula ſed curſim dicunt, quando te vidimus eſurientem aut ſitientẽ aut hoſpitem
&c. ad verbũ miniſtrauimus tibi omnia referentes, & quaſi præcidentes crimina ſingula, vt non grauio-
ra videantur, ſigillatim enumerata, quia propriũ malorũ [illegible]minum eſt, culpas ſuas excuſationis cauſa aut
nullas velle oſtendere, aut leues & paucas. Miranda eſt autẽ & adoranda dignatio domini, qui ſedẽs in
ſede maieſtatis ſuæ tanquam iudex vniuerſorũ, præſentibus & angelis omnibus, oues illas ſuas locutas ad dexterã,
fratrẽ nomine dignatur, quoniam dedit eis poteſtatẽ vt filij ſui eſſent, cũ eſſent oues, imo multi ex illis olim ſerpẽ- Ioan. 1.
tes erãt viperæ & reguli, multi & lapides, & cũ tales eſſent, credẽtes in ſerpẽtẽ illũ quẽ exaltauit Moſes, q Num. 21.
peccatũ nõ fecit, i oues & filios cõuerſi ſũt. Tũc dicet & his q a ſiniſtris ſui erũt. Diſcedite a me Sco. in. 4.
maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus eſt diabolo & angelis ſuis. Eſuriui enĩ & nõ dedi diſt. 45. q. 6
ſtis mihi mãducare. Sitiui, & nõ dediſtis mihi potũ. Hoſpes erã, & nõ collegiſtis me,
YY nudus

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

nudus & non cooperuiſtis me, infirmus & in carcere & non viſitaſtis me. Tunc re-
ſpondebunt ei & ipſi dicentes. Domine quando te vidimus eſurientem, aut ſitien-
tem aut hoſpitem, aut nudum aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus ti-
bi? Tunc reſpondebit illis dicens. Amen dico vobis quamdiu non feciſtis vni de
minimis his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vi-
tam æternam. V[illegible] inquit Iob ſcintillam operum eius audiuimus, tonitru eius ferre quis poterit? Quid
Iob. 26. tonitru? Ite maledi[illegible], execrati, deuoti. Græce Caterameni. Si ad vnicum verbum Petri Ananias & v-
Actu. 5. xor eius exanimati ſunt, & dicente Moſe vnum verbum terra de hiſcens deglutiuit Datam & Abiron,
& viui deſcenderunt in infernum, & Sodomitæ momento ſublati ſunt de ſuper terram, idque eo tempo-
re quo locum habebat pœnitentia, tonitru illud, diſcedite a me, ferre quis poterit! Et tamen tam procax
erit impudentia impioru[illegible] & phreneticorum illorum, vt poſt prolatam ſententiam, audeant cum iudi- F
ce tanto miſcere colloquium & mentiri tam impudenter dicentes: Quando te vidimus eſurientem? Ite in-
quit in ignem æternum. Origenes. Ignis autem ille æternus alterius generis eſt ab hoc igne quem habe-
Origenes. mus in vſu. Nullus enim ignis inter homines eſt æternus, ſed neque multi temporis. Extinguitur enim
cito, deficiente nutrimento. Ille autem iuxta prophetam, æternus erit, ſicut & vermis. Forſitan autem ta-
lis ſubſtantiæ eſt, vt inuiſibilia comburat, ipſe inuiſibilis conſtitutus. Dicit enim apoſtolus. 2. Cor. 4.
Quæ videntur, temporalia ſunt, quæ non videntur, æterna. Vtrum autem ſit corporeus ignis ille non
eſt certa fidei diffinitione firmatum. Tamen ſi corporeum dicamus, nullum inconueniens ſequitur, ſicut
ſequeretur ſi approbarentur multæ aliæ pœnæ corporeæ, puta fletus & corroſiones & vermes. Caſtra-
nus. Tale quid legimus in Iob capite 20. Comedet eum ignis, qui non accenditur. Gregorius. Miro valde
Gregorius modo paucis verbis expreſſus eſt ignis gehennæ. Ignis namque corporeus vt eſſe valeat: Corporeis in- G
diget alimentis, qui cum neceſſe eſt vt ſeruetur, per congeſta ligna procul dubio nutritur. At contra ge-
hennæ ignis cum ſit corporeus, & in ſe miſſos reprobos corporaliter exurat, nec ſtudio humano ſuccendi-
tur nec lignis nutritur, ſed creatus ſemel, durat inextinguibilis, & ſucceſsione non indiget, & ardore non
caret. Dicit ergo. Deuorabit eum ignis qui non accenditur, quia omnipotentis iuſticia futurorum præ-
ſcia, ab ipſa mundi origine ignem creauit, qui in pœna reproborum eſſe ſemel inciperet, ſed ardorem ſuum
etiam ſine nutrimentis nunquam finiet. Vnde & illud. Pones eos vt clibanum ignis. In tempore vultus
tui, & deuorabit eos ignis. Clibanus intrinſecus ardet, is vero qui ab igne deuoratur, ab exteriori incipit
Pſal. 20. parte concremare. Vt ergo ſacra eloquia impios ardere exterius in corpore & interius in anima demon-
ſtraret, & ab igne deuorari, & ſicut clibanum poni teſtantur Sequitur ex Origene. Non autem mireris,
audiens ignem inuiſibilem & punientem, cum videas inter homines calorem corporibus accidentem, & H
Origenes. non mediocriter cruciantem. Vnde illud Deuteronom. 28. Percutiat te deus egeſtate febri & frigore ardo-
re & æſtu & cætera. Vnde iuxta Chryſoſto. Ignis ille ideo dicitur inextinguibilis, non ſolum quia ipſe
non extinguitur, ſed & quia nec eos quos ipſe ſuſceperit extinguit aut perimit, ſicut factum eſt in tribus
Chryſoſt. pueris. De hoc vide Eſai. cap. 24 & Eſai. cap. 30. Et licet iuxta Iob ignis ille non ſuccendatur, tamen nu-
trimenta eius ligna multa ſunt, & iuxta Paulum ligna fœnum & ſtipula. 1. Cor. 3. Et flatus domini ſicut
torrens ſulphuris ſuccendens eum. De his ignis inquit Auguſtinus. Duæ ſunt origines peccatorum, vna
ſpontanea cogitatione, altera perſuaſione alterius, iuxta illud, ab occultis meis munda me domine, & ab
Auguſt. alienis parce ſeruo tuo. Vtrumque tamen voluntarium eſt. Nam ſicut propria cogitatione nemo peccat
Eſai. 30. inuitus, ita dum conſentit male ſuadenti, non vtique niſi voluntate conſentit. Sed tamen grauius eſt non
Pſal. 18. ſolum nullo ſuadente, propria cogitatione peccare, ſed etiam ad peccandum per inuidentiam dolumque I
perſuadere, quam ad peccandum alterius ſuaſione traduci. Dictum eſt de diabolo & homine. Vnde la-
ctum eſt, vt pœna hominem ſuſciperet emendatoria, diabolo reſeruato ad ignem æternum. Idcirco ſe-
pena non interrogatur, ſicut Adam & Eua. Bene ergo dictum eſt, paratus eſt diabolo, tamen & vos ne
cum illis. Dicitur item qui paratus eſt diabolo ad differentiam ignis purgatorij, de quo alias. In ignem
Abulenſis qui paratus eſt diabolo. Dicit hoc loco doctor iſte (& alias dictum eſt) quod aliquando animæ damna-
torum veniunt ad nos in aſſumpto corpore vt inſtruant viuentes. De aliquo, quo facto, redeunt ad in-
feros. Apparent inquit, vt inſtruant viuentes, quo caueant ab illis vitijs per quæ recta ad inferos itur,
Animæ. vel propter alia bona ſpiritualia quæ ex his apparitionibus ſequi poſſunt. Vel vt flagitent ſuffragia a
nobis: oſtendentes ſuas neceſsitates, & vtilitatem auxilij noſtri. Vide Gregorium lib. 4. dialogi. Et ob-
ſerua quod animæ iſtæ non torquent homines, & ſi torquent, dæmones ſunt & non animæ. Dicit quod K
damnati vellent omnes eadem pati quæ illi, etiam ipſum debet fontem omnis boni, deum enim odio ha-
bent, magnum malum. Dicit quod damnati ſunt in inferno, id eſt erunt valde compreſsi velut piſces in re-
poſitorijs, alij & alij alijs ſuppoſiti, quia alias non caperet eos locus aliquis capaciſsimus licet. Ad hæc
Auguſtinus. Mirabile eſt quidem dolore in ignibus & tamē viuere, ſed mirabilius viuere in ignibus, nec
dolore. Si autem hoc creditur cur non & illud? Ipſe animus cuius præſentia corpus viuit & regitur, & do-
Auguſt. lorem pati poteſt, & mori non poteſt. Hoc erit tunc etiam in corporibus damnatorum, & nunc eſſe ſci-
mus in animis omnium Quod autem dicit Auguſtinus, mirabilius eſt viuere in ignibus, nec dolere, pro-
pter Salmandram dicit, quæ in igne nutritur. De hac ita dicit Plinius lib. 29. cap. 4. Inter omnia venenata
Salmandræ ſcelus maximum eſt. Cætera enim ſingulos feriunt, nec plures pariter interimunt, vt omittam
Plinius. quod perire conſcientia dicuntur, homine percuſſo, neq; amplius admitti ad terras. Salamandra populos
pariter necare improuidos poteſt. Nam ſi arbori irrepſerit, omnia pomo inficit veneno, & eos qui e-
derint necat frigida vi, nihil a conito diſtans. Quinimo ſi contacto ab ea ligno vel pede cruſta
panis

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

panis in coquatur. Idem veneficium eſt, vel ſi in puteum cadat. Quippe cum ſaliua eius quacunque parte corporis vel in pede ſimo reſperſa, omnis in toto corpore defluat pilus, tamen talis & tanta vis veneni a quibuſdam animalium vt ſuibus manditur, dominante eadem illa rerum diſſidentia. Venenum eius extingui primum omnium ab ijs qui veſcantur illa veriſimile eſt. Sequitur. Ex his quæ Magi tradunt contra incendia: quomodo ignes ſola animalium extinguat, ſi forent vera, iam eſſet ex parta Roma. Hæc ille, ex quibus verbis in dubium venit quod dixit Auguſtinus de Salamandra. Ad hæc Gregorius ſuper illud, videntibus cunctis præcipitabitur Iob. 40. *Gregorius* Quia æterno iudice apparente, aſtantibus legionibus angelorum (vide Dani. 7.) atque electis omnibus ad hoc ſpectaculum adductis, ita belua crudelis & fortis captiua deducitur, & cum ſuo corpore, id eſt reprobis omnibus æternis incendijs mancipabitur. O quale erit illud ſpectaculum, quando hæc immaniſſima beſtia electorum oculis oſtenditur, quæ hoc belli

**A** tempore nimis illos terrere poterat, ſi videretur. Sed occulto ac miro Dei conſilio agitur, vt & nunc per eius gratiam a pugnatoribus non viſa, vincatur, & tunc a iam victoribus iam captiua videatur. Ite inquit in ignem æternum. Et tamen iuxta Auguſtinum ſunt quidam qui ſoli imponant dicentes, & vere *Auguſt.* ſi male viuamus, perditurus eſt nos deus? Quot enim ſunt illi, qui videntur ſeruare præcepta Dei? Vix inuenitur vnus aut ſaltem pauciſſimi. Ipſos ſolos liberaturus eſt, & cæteros miſſurus in ignem æternum? Abſit inquiunt. Cum venerit, & viderit tantam multitudinem ad ſiniſtram, miſerebitur, & dabit indulgentiam. Hæc ille, imo hæc illi nugantur. Tu autem o amice ſi non times mitti quo, time & vide cũ quo vide vſquequo. Illud annotandum in concluſione ꝙ iudex inter diſcutienda merita iuſtorum non meminit (Verbi gratia) lapidem Stephani, craticulæ Laurentij, Petri crucis & Andreæ, pellis Bartholomæi, rotæ Caterinæ, Sagittarum Sebaſtiani, pectinum ferreorum Blaſij, mamillarum virginis Agathæ. Non

**B** pœnitentiæ arctiſſimæ Antonij abbatis, Hilarionis, Beati patris noſtri Franciſci, inuictiſſimi prædicatoris Dominici. Hæc enim omnia opera ſunt ſuper erogationis niſi in caſu dato, de quo alias. Sicut & inter diſcutiendam prauorum demerita non meminit dominus rapinarum, vſurarum adulteriorum ſtuprorum, periuriorum, blaſphemiarum, homicidiorum & infinita id genus probra & peſtes quæ diu latuerunt in ſepulchris dealbatis, ſed eſuriui inquit, & cætera. Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam. Abulenſis. Non credendum eſt omnia quæ in hoc capite continentur ſic ſeriatim futura in iudicio, ſed ſolum ponetur ſententia in voce pro bonis, contra malos. & aliquæ cauſæ videlicet genera- *Abulenſ.* lis condemnationis & abſolutionis, videlicet eſuriui, & cætera. aut aliquid ſimile. Tenet iſte doctor, quod omnis tam boni quam reprobi ſcient peccata aliorum. Item quod quanto quis in cælo fuerit maior, tanto peccata ſua debent eſſe notiora, quia ibi excellentior apparet clementia Dei. Nulla eſt enim confu- *Animæ.*

**C** ſio Petro vel Paulo vel Dauid, & cætera. ꝙ in eccleſia prædicantur peccata eorum. Dicit item quod animæ damnatorum apparent viuis & eos inſtruant, ſed expletis pro quibus mittuntur, in gehennam redeunt. Sed ſiue beati ſint extra cælum, ſiue damnati extra infernum, illi ſemper beati ſunt, & iſti ſecum ferunt gehennam. Dicit quod in inferno non erit fetus, quia ceſſante motu cæli, & cætera. Dicit quod vna anima eſt naturaliter magis perfecta ꝙ alia per vnionem ad corpus aliter & aliter diſpoſitum, & conſequenter intellectus & voluntas in diuerſis animalibus poſſunt eſſe inæquales, & ſunt de facto. q. 24. & Dicit vlterius quod exiſtentes in purgatorio non torquentur ab angelis vel bonis vel malis, ſed a ſolo Deo. Et hoc idem inquit fiet poſt iudicium. *Purgatorium.* Nam poteſtas dæmonum tamdiu durat, ad alliciendum homines ad peccandum, & ad torquendum eos qui modo ſunt apud inferos, quamdiu tranſit figura huius mundi. *1. Cor. 7.* Finita pugna, omnes ſimul detrudentur in tartara & dæmones & hædi. Dani. 7. Dicit dæmones moleſtiores eſſe homini in exitu, vt rapiant animam. Quod ſi id non datur, obijciunt ei peccata vetera. *Dæmones.*

**D** Reſpondetur dimiſſa eſſe per pœnitentiam & alias, ſicque coguntur abſcedere. Denique ſequuntur animam, quæ in loca purgatoria defertur, & aſſiſtunt ei, vt vel ſic ſacientur pœnis eius. Nec tamen propter hoc moleſtius ſuſtinent animæ ſuum purgatorium, quia iuxta menſuram delicti, & cætera. Dicit quod animæ ſanctorum habent libertatem apparendi viuentibus quoties libuerit, quia beatus eſt, qui habet quicquid vult, & nihil mali vult. Idem dicendum de animabus quæ ſunt in purgatorio, quod ſæpe viſæ ſunt hominibus in aſſumptis corporibus. Dicit item quod aliquæ animæ ſuſtinent grauiora tormenta ꝙ aliqui dæmones ſicut anima inquit Iudæ vel Antichriſti, Hieroboam, Mahomad & ſimilium. *Deut. 25.* Dicit & illud. Non tamen eſt putandum, ꝙ ſemper qui apparent viuentibus vel ſancti vel damnati, ſint ipſimet, ſatis enim eſt, quod fiat per angelos bonos vel malos, qui illarum animarum vicem gerunt, & ſe nominibus illarum vocant, & hoc maxime fit in arrepticijs, hi enim dæmones ſunt non animæ, quia non eſt ani-

**E** marum vexare corpus humanum. Hæc Abulenſis ſuper Matth. cap. 25.

Caput. iij. Erat diebus docens in templo, & cum tot ſigna feciſſet, Iudæi permanebant in ſua cæcitate, quia Eſaias dixit, excæcauit oculos eorum: & cætera. Multi tamen crediderunt ex principibus, licet timore Phariſæorum non confiterentur dominum Chriſtum, quia dilexerunt gloriam hominum magis quam Dei. Sequuntur verba quædam ex Ioan. cap. 12. Vide textum.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Luce. 21. ERat autem diebus docens in templo, noctibus vero exiens, morabatur in monte qui vocatur Oliueti, & omnis populus diluculo veniebat ad eum, audire eum. Sciendum ꝙ a die palmarum vſque ad feriam quartam incluſiue his diebus quattuor dominus a Hieruſalem reuertebatur veſperi in Bethaniam, & mane rurſus repetebat ciuitatem. Quoniam autē paſcha quod imminebat non immolabatur extra locum ſanctuarij ab eis qui adeſſe poterant (Deut. cap. 16.) id circo feria quinta non eſt reuerſus Bethaniam, celebraturus paſcha cum ſuis in veſpera feriæ quintæ. De his igitur quinque diebus videlicet dominica vel prima ſabbati & feria ſecunda, tertia, quarta & quinta dicit Lucas, ꝙ erat dominus docens in templo, noctibus vero morabatur in monte Oliueti, in quo eſt Bethania. Quid autem docuerit populum per hos dies, cōtinetur Matth. cap. 21. 22. 23. 24. 25. Quæ omnia iam expoſita ſunt. F
Quod autem populus ſciens Verbi cæleſtis, diluculo ventitabat, orthrize, ad fontem aquæ viuentis de
Num. 21. qua Zach. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hieruſalem, forte cauebat, ne ſi
diceret quod patres ſui, anima noſtra manſeat ſuper cibo iſto, venirent ſuper illos, dies de quibus Amos
cap. 8. Mittam famem in terram non panis & aquæ, ſed audiendi Verbum Dei. Item illud, famen patientur vt canes, & circumibunt ciuitatem. Pſal. 58. Cum autem tot ſigna feciſſet coram illis, non
Ioan. 12. credebant in eum, vt ſermo Eſaiæ compleretur, quem dixit, domine quis credidit auditui noſtro, & brachium domini cui reuelatum eſt. Propterea non poterant credere,
Eſai. 53. quia iterum dixit Eſaias. Excæcauit oculos eorum, & indurauit, peporoken, ex-
Eſai. 6. cæcauit cor eorum, vt non videant oculis, & intelligant corde, & conuertantur & ſanem eos. Hæc dixit Eſaias, quando vidit gloriam eius, & loquutus eſt de eo. Quod G
autem ſigna fecerit dominus præſentibus Iudæis, ſatis liquet ex ſuperioribus, quæ repetere non placet, ne actum agamus. Quod vero Iudæi ſemper perrexerint eſſe ſui ipſorum ſimiles (ſemper hi errant corde,)
Pſal. 94. ſemper ſpiritui ſancto reſiſtentes Actu. 7. Semper contentioſe agentes. Deut. 31. Sequentia manifeſtant,
Pſal. 63. poſt triduum enim eum ad mortem petierunt & tamdiu firmauerunt ſibi ſermonem nequiſſimum, donec exauditi ſunt malo ſuo & ciuitatis ſuæ & totius poſteritatis eorum. Sed dicet quiſpiam: Quid ſegnt Iudæi vel quæ culpa eorum fuit, ſi neceſſe fuit, vt ſermo Eſaiæ impleretur (neceſſe eſt vt veniant ſcandala, Matth. 18.) quē dixit, domine quis credidit auditui noſtro? Quibus reſpondemus, dum præſcium futurorum per prophetam prædixiſſe infidelitatem Iudæorum, præuidiſſe inquam, non feciſſe. Non enim propterea
Auguſt. deus quemꝗ ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata iam nouit. Fecerunt ergo peccatum Iudæi, quod eos non compulit facere, cui peccatum non placet, ſed facturos eſſe prędixit, quem nihil latet. Et H
ideo ſi non malum (quod facturus es, fac citius. Ioan. 13.) Sed bonum facere voluiſſent, non prohiberētur (abſit) & hoc facturi præuiderentur ab eo, qui nouit, quid ſit quiſꝗ facturus, & quid ei ſit pro eius opere redditurus. Sed quæ ſequuntur in Ioanne plus vrgent. Sequitur enim propterea non poterant credere, quia iterum dixit Eſaias, &c. Iſte textus poſitus eſt & expoſitus ad longum lib. 5. cap. 17. Ad hęc Auguſt.
Auguſt. Dicitur nobis. Si non potuerunt credere, quod peccatum eſt hominis, non facientis quod non poteſt facere? Si autem non credendo, peccauerunt, potuerūt ergo credere, & non fecerunt. Si ergo non potuerunt, quomodo dicit euangeliſta, propterea non poterant credere, quia iterum dicit Eſaias, excæcauit oculos & indurauit vel excęcauit & cor, vt (quod eſt grauius) ad deum referatur cauſa, qua non crediderunt, quia ipſe excæcauit eos. Non enim ſaltem hoc de diabolo dicitur, ſed de Deo, quod ipſa ſcriptura teſtatur. Vide in loco præallegato textum iuxta. 70. Ad hæc Auguſt. Non igitur poterant credere, quia hoc
Auguſt. prædixit Eſaias. Hoc autem propheta prædixit, quia deus hoc futurum eſſe præſciuit. Quare autē nō poterāt ſi a me quæratur, cito reſpōdeo: quia nolebant, Sed aliā cauſam inquis dicit propheta, non volūtatis eorum. Quam? Quia dedit illis deus ſpiritum cōpunctionis, oculos cæcos, aures ſurdas, & cor inſenſibile. Etiā hoc eorum voluntatē meruiſſe reſpondeo. Sic enim excęcat, ſic obdurat deus deſerendo, & non adiuuando, quod occulto iudicio facere poteſt, iniquo non poteſt. Nunquid enim iniquitas eſt apud deū? Ab-
Rom. 9. ſit. Si ergo abſit, vt ſit iniquitas apud deum, ſiue quādo adiuuat, miſericorditer facit, ſiue quādo non adiuuat, iuſte facit, quia omnia nō temeritate ſed iudicio æquiſſimo facit. Iuſta ſunt iudicia eius, ſed ſunt oc-
Rom. 11. culta. Vnde & illud. Obſcurantur oculi eorum, ne videant. Pſal. 68. Origenes. Sicut oculis corporis vti-
Origenes. tur quiſꝗ ad videndū ſiue bona ſiue mala, in poteſtate habens vel leuare oculos ad cælum, & per id quod videt, conditorem ſuum agnoſcere, vel conferre ad ſpectacula meretrici, & ad ea quibus ad vitia inflammetur, ita mihi intelligo animæ etiam oculos, quibus alij quidem vtuntur ad bonū, alij cotidie inquirentes, K
quomō dogmata veritatis & fidē Chriſti infringāt. De huiuſmodi dicitur, excęcauit oculos eorū. Si igitur
Auguſt. demeretis ſuis oculos perdiderūt & cor, perditio ſua ex ſe tantum eſt, iudicis enim iuſti ſententia exoculati ſunt, & aures eorū ſunt pręciſe. Auguſt. Quid ergo mirū ſi hæc manifeſta nō vident, lapillum factū montem, Dani. 2. Sinapim euaſiſſe in procerā arborē (Matth. 13.) quorū oculi obſcurati ſunt, & dorſum eorū
Pſal. 68. ſemper incuruūt Luc. 13. Sed domini ſententia fuerat, vt indurarentur corda eorum. Sicut domini ſententia fuit, vt Gabaonitæ venirent ad Hebræos, & fœdus cum eis inirent, ſicque credentes, miſericordiam
Ioſue. 11. conſequerentur. Abulenſ. Nemo tamen inſurgat in defenſionem Iudęorum, ꝗ extra culpā fuit, ſi non crediderunt quia deus excęcauit eos. Ex alijs enim peccatis hoc meruerunt, dicente Paulo, propter quod tra-
Abulenſ. didit illos deus in reprobam mentem. Dicamus vnum verbum demente Abulenſis, propter verbum il-
Rom. 1. lud, non poterant credere, vt ſermo impleretur, & cætera. Prouidentia Dei non pręcedit tempore res prę-
Idem. uiſas, nam ſi detur, quod eas præcedat, impoſsibile eſt euitari illud, quod rebus imponat neceſſitatem.

Ponamus

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Ponamus caſum. Deus prouidit Ezechiam moriturum & vbi & quando. Tunc aſsignato die illo &
loco & modo quibus homo ille moriturus eſt: Quæ vocentur. B. quæritur, an neceſſe ſit ꝙ homo mo-
riatur in. B. vel non. Si neceſſe eſt, ecce prouidentia poſuit neceſsitatem rebus. Si non eſt neceſſe, poteſt
mori extra. B. & tamen perte deus præuidit illum moriturum in. B. Ergo fruſtrari poteſt diuina Prouidentia prouidẽtia
quæ in rerum diſpoſitione non fallitur. Reſpondetur, quod euitari non poteſt hoc argumentum, ſtante
caſu poſito. Soluitur autem dicendo, quod prouidentia non præcedit tempore res præuiſas, nec præcede-
re poteſt. Si Trochus moueatur quanto velocius poteſt moueri, videbitur ſtare & moueri: Et qualibet
bet pars eius ſimul & ſemel coexiſtet cuilibet parti circuli, id eſt temporis, per quod oſtenditur quomodo
æternum eſt omnia ſimul & in nunc æternitatis tota. Si igitur. B. C. ſit æternitas, & D. E. tempus, vi-
A des non repugnare æternitati ſimul totam eſſe in quolibet puncto temporis. Quia licet. B. C. diſtent
per diametrum, motus tamen maximus & velociſsimus facit quod alterum punctum videlicet. B. prius
tempore non ſit cum. D. & tamen non eſſet motus ſed quies, quia nullo tempore illa puncta de. D. fixo
recederent. Eſt enim prouidentia ipſa Dei ſcientia per reſpectum ad creaturas, vt cadunt ſub ordine.
Scientia autem Dei eſt ipſa eius ſubſtantia eius eſt in æternitatem ideo prouidentia æternitate menſura-
tur. Eſt autem æternitas menſura rei viuentis habentis ſemper eſſe, & illud totum ſimul, cui nec pars ad-
uenit, nec pars tranſit, ideo æternitas non includit tempus, nec includitur a tempore, tanquam vnum ſit
pars alterius, ſed cuilibet inſtanti aſsignato in tempore coexiſtit tota æternitas, & ideo quod in æterni-
tate eſt: non fuit ante illud inſtans, id eſt non habuit aliquam partem ſui eſſe ante illud inſtans, nec erit
poſt illud, id eſt non habebit partem ſui eſſe poſt illud, ſed coexiſtit illi inſtanti quantum ad totum ſuum
eſſe, licet non eſt in illo inſtanti, quia illud eſt inſtans temporis. Et quantum ad hoc quodlibet æternum
B eſt præſens cuicunque rei & non eſt ante illam nec poſt illam. Et ita prouidentia Dei non præcedit tem
pore res præuiſas, nec ſequitur, ſed coexiſtit eis. Et tunc verum eſt, ꝙ omne prouiſum infallibiliter euenit
nec poteſt mutari, & tamen non eſt verum de aliqua re præuiſa ante quam fiat, ꝙ illa neceſſario euen-
tura ſit propter prouidentiam, quia ad hoc oportebat quod prouidentia de re, eſſet ante quam res eſſet,
& tunc verum eſt quod neceſsitatem imponeret, vel ipſa poſſet fruſtrari, & tamen quia coexiſtit rei præ-
uiſæ, non poteſt ei dare neceſsitatem, niſi quando res eſt. Et tamen in præſenti quælibet res de ſe ipſa ha-
bet neceſsitatem, quia omne quod eſt, dum eſt, neceſſe eſt eſſe. Hæc ille. *Hæc inquit dixit Eſaias. Quan-
do vidit gloriam eius*, Gregorius. Eſaias vidit gloriam Dei, Ezechiel autem ſimilitudinem gloriæ domi- Gregorius
ni, cap. 1. Sed notandum quod omne quod in terra mirum eſt diuinitus factum, gloria omnipotentis Dei
eſt, & eius gloria in ſuis operibus videtur. Sed aliter eſt gloria eius in rebus conditis, aliter in ſemet ipſo.
C Et hanc ſimilitudinem Ezechiel portare non potuit. Vidit enim & cecidit in faciem ſuam. Quid ergo de 3.Reg.10.
hoc viro fieret, ſi ita vt eſt eius gloriam vidiſſet? Quando regina Saba viſa gloria Salomonis extaſim
paſſa eſt. Qua in re cum magno mœrore penſare cum lachrymis debemus, in quantam miſeriam & infir-
mitatem cecidimus, qui ipſum bonum ferre non poſſumus ad quod videndum creati ſumus. Magna in-
firmitas hæc, maior autem illa, velle ad iacit nobis, perficere non poſſumus. Rom. 7. Illa autem maxima
(ſic tamen conditi ſumus:) Non poſſumus cogitare aliquid boni ex nobis. Nec tamen per hoc tollitur 2.Cor.3.
liberum arbitrium. Non tamen ignoramus quoſdam nimia ſuæ voluntatis fiducia elatos in ſuperbiam, August.
quoſdam nimia ſuæ voluntatis diffidentia deiectos in differentiam. Illi dicunt, vt quid rogamus deum,
ne inducamur in tentionem, Matth. 6. Ne vincamur a tentatione, quod in noſtra eſt poteſtate: Iſti dicunt:
vt quid conamur bene viuere: quod in Dei eſt poteſtate? Sed o pater qui es in cælis, ne nos inducas in
quamlibet iſtarum tentationem, ne des nobis oculos cæcos, cor lapideum: illumina tenebras noſtras, au-
D fer cor adamantinum, & repone carneum, Ezech. 36. Itaque non poterant credere, quod nolebant. Di-
ctum eſt de domino, fidelis eſt, ſeipſum negare non poteſt. 2. Tim. 2. De omnipotente dictum eſt, non po-
teſt. Sicut ergo quod dominus ſeipſum negare non poteſt: laus eſt voluntatis diuinæ, ita quod illi non po
terant credere, culpa eſt voluntatis humanæ. Cætera patent. Verumtamen ex principibus mul
ti crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos non confitebantur, vt de ſynagoga non
eiicerentur. Dilexerũt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei. *Decretum
enim erat a tota ſynagoga Satanæ, vt quiſquis ſe profiteretur diſcipulum Ieſu ſine delectu conditionis
ætatis aut ſexus, ſiue ſeruus eſſet ſiue princeps aut dominus, omnino interdiceretur ei ſynagoga, magnum
probium & ignominia apud populum. Iſti igitur bene ſentire cœperant de domino Ieſu Chriſto, obſta-
bat autem timor & pudor (qui autem me erubuerit & ſermones meos, & cætera. Luc. 9.) quo id quod
E corde credebant ad iuſtitiam, id & ore confiterentur ad ſalutem. Volebant igitur duobus dominis ſer-
uire, Matth. 6. Duobus ſedere ſellis, claudicabant vtroque inguine. 3. Reg. 18. Quicunque autem voluerit Rom.10.
amicus eſſe huius mundi (Abſalonis verbi gratia) inimicus Dei conſtituitur, regem verum Dauid ab ne- Prouerbiũ
gauit. Non igitur eo profecerant (nondum erat ſpiritus datus. Ioan. 7.) vt parati eſſent pro nomine Ieſu Iacobi. 4.
hanc contumeliam pati, vt extra ſynagogas Satanæ pellerentur, vt diceret cum Paulo, mihi autem ab-
ſit gloriari niſi in cruce domini, Galla. 6. Quia dilexerunt magis gloriã hominũ, &c.* Ieſus autem cla-
mauit & dixit. Qui credit in me: nõ credit in me, ſed in eum qui miſit me. Ego lux in
mundũ veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et ſi quis audierit ver
ba mea & nõ cuſtodierit, ego nõ iudico eum. Non enim veni, vt iudicem mundũ ſed
vt ſaluum faciam mundum. *Sicut ex cõtextu euãgelij patet, multi viſis ſignis in ſignibus & audita
doctrina Chriſti, crediderũt in illũ, quorũ tetigerat deus corda. 1. Reg. 10. Et qui præordinati erant ad vitã, Actu.13.
Multi credere non poterant, quorum excæcarat deus oculos, ne alios auerterent a fide Chriſti, de quibus*



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Lucę. 11. dictum eſt, tuliſtis clauem, ipſi non introiſtis, & eos qui introibunt prohibuiſtis. Eorum autem qui cre-
diderunt pars, depoſito omni timore, obuiam illi proceſſerunt cum ramis. Matth. 21. Pars autem qui glo-
riam hominum præponebant gloriæ Chriſti, credebant quidem ſed occulte propter metum Iudæorum,
Ioan. 5. ſicut Nicodemus. His ita ſe habentibus, dominus Ieſus morti proximus, clamauit dicens. Qui credit in
me, & cætera. Dixit autem hoc quia homo apparebat hominibus, cum in homine lateret deus, & nepu-
tarent hoc eum eſſe tantummodo quod videbant, talem ac tantum ſe volens credi, qualis & quantus eſt
pater. Qui credit in me inquit, non credit in me. Reuera autem qui credit in Chriſtum dominum in Chri-
ſtum dominum credit qui deus eſt, ſed quia dominus Ieſus non eſt a ſe, ſicut alias dictum eſt: Mea do-
ctrina non eſt mea. Ioan. 7. Propterea dictum eſt: qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit
me, obiectum enim fidei deus eſt, Deitas autem equæ eſt in patre filio & ſpirituſancto. Quod autem
ſequitur, ego lux veni in mundum, expoſitum eſt. Ioan. 1. & cap. 10. Quamdiu igitur lux hæc non venit F
in mundum, (venit autem quarto die) tenebræ erant ſuper faciem omnis terræ, tribus enim diebus Gen-
Figura. tes non ſunt motæ de loco ſuo. Erant enim tenebræ hæ adeo denſæ, vt palpari quiuiſſent. Exo. 10. Adeo
profundæ, vt nemo viderit fratrem ſuum tribus diebus, quibus tenebris factum eſt, vt homo ad imagi-
Eſai. 2. nem Dei conditus adoraret talpas & Veſpertiliones, quorum animalium alterum cæcum eſt a natura, al-
terum lucem intueri non ſuſtinet, vt vere dictum ſit, ſimiles fiant illis qui faciunt ea vel confidunt in eis.
Pſal. 115. Venit ergo lux vera in mundum & fugatæ ſunt tenebræ innumerabilium errorum, & vt om-
Matth. 22. nis inquit qui credit in me, in tenebris non maneat. Ipſe eſt enim qui viam Dei in veritate docet. Et ſi
quis audierit verba mea nec tamen aure cordis, nec cuſtodierit, recondens in penu mentis, ne ſubripia-
tur a volucribus cæli (Lucæ. 8.) Ego non iudico eum, tempus enim præſens non iudicij eſt ſed clementiæ.
Eſt autem hæc ſententia eadem cum illa Ioan. 3. Qui credit in illum non iudicatur. Qui autem non cre-
dit, iam iudicatus eſt. Quare autem non iudicas eum bone Chriſte, cui pater omne iudicium dedit? Quia G
Ioan. 5. inquit non veni vt iudicem mundum, ſed vt exaltatus in ligno, orationem funderem ad patrem cum
Lucę. 23. clamore valido & lachrymis dicens, pater ignoſce, vere enim neſciunt quid faciunt. Veruntamen qui au
diunt verbum Chriſti, & dant peſſum, meminerint, ꝙ horrendum ſit incidere in manus Dei viuentis.
Lucę. 11. Hebr. 10. Sequitur. Qui ſpernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum.
Matth. 7. Sermo quem loquutus ſum, Euangelium eſt, ille iudicabit eum in nouiſſimo die. Vt lex,
1. Reg. 16. non autem vt iudex. Quia ego ex me ipſo non ſum loquutus, ſed qui miſit me pater ipſe
Ioan. 5. mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar. Et ſcio ꝙ mandatum eius vita æ-
terna eſt. Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi pater, ſic loquor. Qui audientes verba
vitæ æternæ (beati enim qui audiunt Verbum Dei & cuſtodiunt illud) conculcant & dant peſſum velut
ſues faciunt de margaritis, & oblatrant more canum, dicentes, quis eſt pater eius? Num & filius Ioſeph H
architectoris inter prophetas, inter legis doctores? Iſte quęcunque ſit, habet qui iudicet eum. Quem?
Sermo quem loquutus ſum. Quis ſermo? Qui non credit, iam iudicatus eſt, & deputatus æternis flam-
mis, & ira Dei manet ſuper eum. Quodque dicit, Quia ego ex me ipſo, & cætera. Eadem eſt ſententia
cum illa, qui credit in me, non credit in me, & cætera. Quæ omnia ad formam ſerui aſſumptam refe-
runtur, iuxta quam minor eſt patre, a quo mandatũ accepit, quid loqueretur, vt & de domino Ieſu Chri-
Pſal. 8. ſto iuxta quod paulo minus imminutus eſt ab angelis vel adeo merito dicere poſsimus, non erat ille qui
loquebatur, ſed ſpiritus patris ſui qui loquebatur per os eius, iuxta illud. Prophetam ſuſcitabo eis de me-
dio fratrum ſuorum, ſimilem tui, Caro & frater veſter, & ponam verba mea in ore eius, & loquitur ad
Iudæos omnia quæ præcepero illi, &c. Deut. 18. Et ſcio ꝙ mandatum eius vita æterna eſt: Beati enim qui I
audiunt Verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Lucę. 11. Quo vnico verbo tota Moſi lex excluſa eſt, quæ ni-
hil aliud conferebat quam bona terræ, vitam Neſtoream, victoriam de inimicis, examina filiorum & ne-
potum. Quæ ergo loquor, ſicut dedit mihi pater ſic loquor. De hoc ita habes Ezech. 2. Fili hominis a-
peri os tuum, & comede quæcunque ego do tibi. Et vidi, & ecce manus miſſa eſt ad me, in quo erat
inuolutus liber, & expandit illum coram me, qui erat ſcriptus intus & foris, & ſcripta erant in eo car-
men lamenta & væ. Hæc igitur tria prædicauit dominus Ieſus, gaudia beatorum, pœnitentiam & la-
bores militantium, miſerias & tormenta eorum qui mittendi ſunt in ignem æternum, de quibus tribus
dictum eſt in ſuperioribus huius operis. Manus inquit miſſa eſt ad me, in qua erat inuolutus liber. Ergo
Hebr. 5. nemo aſſumat ſibi honorem doctoris, ſed qui vocatur a deo, cibatur a Deo volumine legis tanquam
Ezechiel. Erat autem liber inuolutus, & ſignatus ſigillis multis. Vnde ipſe qui eum tradidit propheta, K
ipſe illum expandit. Eius enim eſt interpretari legem cuius eſt ſancire. Expandit autem non totum, ſed
1. Cor. 13. tria capita tantum. Nec enim fieri poteſt vt humana noſtra (videmus enim per ſpeculum & ex parte) to-
tos libri huius theſauros deuoret. Scriptus erat intus & foris, quia de præteritis & futuris narrat,
vel foris in hiſtoria, promittens bona terrena, temporalem pacem, intus autem intelli-
gentia ſpirituali, figurans in iſtis ea quæ oculus non vidit, nec in cor hominis aſcen-
derunt. 1. Cor. 2. Cæterum iuxta Hieronymum prædicator optimus ille eſt,
qui facit quid docet: qui non plauſum ſed lachrymas excitat in eccle-
Hierony. ſia. Cuius verba velut malleus ſunt, conterens petras, & excu-
Hiere. 23. tiens ab eis ſcintillas ſpiritus contriti, ſicut ſcriptum eſt,
Vere cor noſtrum ardens erat, dum
loqueretur in via.

Capút

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

Caput.iiij. Appropinquabat dies feſtus azimorum, & dixit dominus, ſci-
tis quod poſt biduum paſcha fiet. Congregantur principes ſacerdotũ vt Ie-
ſum dolo teneant, ſed non in die feſto. paciſcuntur cum Iuda 30. argenteos.
Ante diem feſtum paſchæ ſciens Ieſus. Prima die azimorum accedunt di-
ſcipuli ad Ieſum. Ite in ciuitatẽ ad quendam. vſque ibi, & parauerunt. Item
illud ex Luca, deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum. Se-
quitur ex Ioanne quomodo Chriſtus dominus lauit pedes ſeruorum.

Ppropinquabat autem dies feſtus azimorum qui dicitur paſcha, Luc. 24.
Matthæus. Et cum conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit Luc. 22.
A diſcipulis ſuis. Scitis quod poſt biduum paſcha fiet, & filius hominis Matth. 26.
tradetur vt crucifigatur. Aggreſſuri tractatum de paſchate agni ſine macula, Marc. 14.
cuius liuore ſanati ſumus, Eſai. 53. & exempti ab ira angeli percutientis. Exo. 12. &
perducti in terram quæ fluit lacte & melle, hoſtibus ad vnum ſubmerſis a tergo,
principio omnium obſeruandum eſt nobis id quod ſcriptum eſt. Leui. 23. Omnis ani- Tren. 1.
ma quæ afflicta non fuerit in die hac, peribit de populis ſuis. Huius præcepti ſi ame Luc. 1.
cauſam inquiris, interroga potius Hieremiam, vel audi illum loquentem. Quomo-
do ſedet ſola ciuitas plena populo, de qua tam glorioſa dicta ſunt, & quam beatiſſimam dixerunt om-
nes generationes. quia fecit ſibi magna qui potens eſt. Luc. 1. Nunc vero ſedet quaſi vidua domina gen-
tium, ipſa eſt Noemi, cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur: Quam ſertum ſtellarum. 12. coronabat.
Apoc. 12. A modo ſecundum gloriam ſuam multiplicata eſt ignominia eius. Omnes amici ſui ſpreuerũt
B eam, verſa eſt in lamentum cythara ſua, cecidit corona de capite ſuo. Tren. 5. Deducant igitur quaſi 1. Mach. 1.
torrentem lachrymas oculi noſtri. quia elongatus eſt ab illa electus ex millibus, candidus & rubicundus Iob. 30.
(Canti. 5.) vita lumen gloria, & deſiderabile oculorum ſuorum, fiet enim poſt biduum paſcha, & filius
eius tradetur, vt crucifigatur. Iuxta litteram dixit Alex. de Ale. quod in die illa de qua Leui. cap. 23. Omnes
pueri ſeptennes ieiunabant cum populo, quod ſatis eſt veriſimile. Ad hæc ſicut dicit Boetius, ſummum Alex. alef.
in fœlicitatis genus eſt, fuiſſe fœlicem. Ecce quam beatam dixerunt omnes generationes, gladio Simeonis Boetius.
transfixa, ſolitaria ſedet: clamans ad prætereuntes, o vos omnes qui tranſitis, videte dolorem meum. Luc. 2.
Treno. 1. Quem dolorem infœlix mulier! Quem dolorem! Elongatus eſt a me, qui conſolabatur me. Vide
fortunæ mutationem in Adonibezerege. Iudi. 1. Sub cuius menſa. 70. Reges ſedebant, colligentes micas
quæ cadebant de menſa eius, vel quas ipſe ex induſtria ſinebat decidere. Hiſtoria ſancti Iob notiſſima eſt. Iob. 2.
Qui enim olim diues erat & inclytus inter omnes Orientales, eo infœlicitatis deuenit, vt ſedens in ſter-
core (ſublatis omnibus) ſaniem de fluentẽ & toto corpore teſta detergeret. Vnde factum eſt, vt non agno-
ſceretur ab amicis tribus, qui cauſa officij venerant, & vt conſolarentur eum. Itaque per ſeptem dies ſede-
ces ſecus eum, nec vnum verbum ei loquuti ſunt, videntes anguſtias animæ ſuæ. Reuera enim ſi loquerẽ-
tur ei, non lenirent, ſed triplicarent dolorem eius. Quod diximus de ſancto viro Iob, dictum puta amice
lector de domina Gentium, cuius animam ſacratiſſimam. Non vnus ſed ſeptem, ſed tot gladij doloris pe-
netrarunt, quot ſpinæ coronæ caput Nazarei ſpecioſi forma præ filijs hominum. Quod ſi ſanctus Iacob
cum. 12. Filios haberet, audita morte vnius, noluit conſolationem accipere, ſed deſcendam inquit ad infe-
ros lugens filium meum: Quid putamus de fœmina iſta ſuperbenedicta, quæ vnicum tantum habebat,
& ſicut ſcriptum eſt, anima eius ex anima filij pendebat! Genes. 44. Non enim quia ſanctiſſima erat, ex- Pſal. 44.
uerat maternitatis affectum. Alioqui vnde interrogatio illa quærimonia dulciſſima irrorata, fili quid fe- Gene. 37.
D ciſti nobis ſic? Dauid rex multos habebat filios, ſed quibus lamentis, quibus lachrymis & clamoribus pro- Luc. 2.
ſequutus fuerit infœlicem caſum vnius parricidæ & proditoris Abſalonis, nemo ignorat. Capta arca te- 2. Reg. 18.
ſtamenti a Philiſtæis, ſcimus cuiuſmodi planctus factus fuerit in Iſrael. 1. Reg. 4. Nec ignoramus lamenta 2. Reg. 1.
Dauid ſuper Saul & Ionatham, & lamentationes ſuper Ioſiam regem iuſtum, quas quot annis populus
Iſrael inuocat, idque pro lege eſt apud Iudæos. 2. Paralip. 35. Et vt de exteris aliquid attingamus, legimus Ioſias.
apud Tranquillum in morte Germanici qui de republica bene meritus fuerat, templa lapidata, altaria de Germani-
molita, Deos lares expoſitos, tum & partus recenter editos: Matronas comas depoſuiſſe. Legimus Cali- cus.
gulam catenus doluiſſe vnius ſororis mortem immaturam, quod indixerit iuſticium, quo tempore riſiſſe, la-
uiſſe, cœnaſſe cum parentibus, coniuge vel liberis capitale erat. Legimus in morte Iulij. C. officiales eius Iulij. C.
veſtes conſciſſas in pyram conieciſſe vbi cadauer cremabatur, Milites ſimiliter arma, matronas vero or-
E namenta ſua, & lamentari mortem eius Gentes exteras quæ Romæ erant, vnam quamque iuxta moram
ſuorum. Denique obſtruere plateam in qua occiſus eſt, cauiſſeque ſenatum, vt dies ille profanus vocaretur
& parricidium, neque deinceps eo die cogeretur ſenatus. Quid dicam de morte Othonis, quam adeo Otho.
moleſte tulerunt qui aderant milites ſui, vt ſe ipſos occiderent ſuper tumulum, abſentes autem quam primum
de morte eius certiores facti, in inuicem concurrentes, omnes mutuis vulneribus occubuerunt. Alexan- Epheſtion.
der mortem Epheſtionis amici ſui adeo moleſte tulit, vt continuo mulos equoſque tonderi iuſſerit,
& finitimarum vrbium pinacula dirui fecerit, tibias & cætera muſicorum inſtrumenta diu in ca-
ſtris canere vetuerit. Hæc illi fecerunt pro amicis ſuis filijs aut principibus. Nobis autem dicitur,
Omnis anima quæ afflicta non fuerit poſt biduum, peribit de populis ſuis. Quare? Quia hodie li-
citur redemptio noſtra, capitur & ligatur libertas noſtra, illuditur gloria noſtra, & moritur vita no-
ſtra: clamans inter moriendum, pater ignoſce. Quo clamore lumen ademit ſoli, velum conſcidit, terram Matth. 27.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

concuſſit, rupes diruptæ, monumenta reſerauit. Erit autem conſiderationis noſtræ meditari inter hæc quale erat cor immaculatæ percuſſo paſtore, diſperſas oues. Magna re vera velut mare erat contritio eius. Treno. 2. Et tamen implendum eſt quod prædixit dominus, poſt biduum paſcha fiet. Sicut autem dicit
Chryſoſt. Chryſoſtomus: Omnis noſtra ſpes & ſalus in morte conſiſtit eius, cuius poſt biduum paſcha fiet. Nihilq; eſt ex omnibus quæ adeo accepimus, pro quo tot gratiarum actiones Deo reddere teneamur, quam pro eo quod
Rom. 8. oblatus eſt ad mortem, quia ipſe voluit. Vnde Paulus: Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: Quomodo non cum illo omnia nobis donabit? Si dedit nobis hæredem, dabit & hæ-
Gene. 27. reditatem. Dedit nobis agnum ſine macula vt immolaretur pro peccato totius mundi, cuius tamen collũ
Gene. 3. & manus mater hædicis texit pellibus, quoniam venit in ſimilitudinem carnis peccatricis, vt falleret principem tenebrarum harum, qui Euam matrem morientium fefellerat in ſpecie ſerpentis: Ita enim ſcriptum eſt, ipſe vel ipſum conteret caput tuum, tu autem Calcaneo eius inſidiaberis. Calcaneus Chriſti mors eius F
Ioan. 14. eſt. Venit autem princeps mundi huius, & aſſitit Chriſto morienti, & volens capere, captus eſt. Et quidem iuxta ſententiam ſanctorum multi alij modi ſupererant potentiæ Dei, quibus humanum genus repararet, quippe qui ſola voluntate hominem ſicut cõdidit reparare poterat: Verum hæc vna omnium viſa eſt expedientiſsima, quia minus nos diligeret, niſi moriendo, quo nos amore proſequeretur, oſtendiſſet.
Figura. De hoc Num. cap. 35. Ita habes, Si fortuitu & abſque odio & inimicitijs aliquis occiderit proximum, &c. Sequitur: Liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per ſententiam ad vrbem ad quam confugerat, manebitq; ibi exul, donec ſacerdos magnus qui oleo ſancto vnctus eſt moriatur. Ergo ſola mors
Pſal. 109. magni ſacerdotis iuxta ordinem Melchiſedec homicidas parentes noſtros patriæ ſuæ reſtituit. Ipſi enim ſunt qui totam poſteritatem ſuam morti obnoxiam fecerunt, idque abſque odio & inimicitijs, falſi videlicet vana ſpe fœlicitatis neſcio cuius, quod non morerentur, ſed futuri eſſent veluti neſcio qui dij. Tandẽ G
igitur exules perigrinati ſunt a patria ſua parentes noſtri cum filijs, quamdiu ſacerdotes magnus mortuus non eſt, & paſcha noſtrum Chriſtus non eſt immolatus. Si igitur requiras quæ ſit ciuitas refugij ad quam parentes noſtri confugerunt: Ea mors Chriſti eſt, & arbor illa cuius vmbra protecti ſunt ab ira Dei, do-
1. Cor. 5. nec paſcha fieret poſt biduum, hoc eſt poſt tempus ante legem & ſub lege, ſeruantibus interim viam ligni
Gene. 3. vitæ cherubinis cum gladio diſtomo, flammeo atque verſatili. Diſtomo, quia & anima ſeparanda erat a corpore, & a fruitione diuinitatis, flammeo, quia corpus tradendum erat igni æterno. Verſatili, quia amouendus erat aliquando, videlicet moriente ſummo ſacerdote, dicenteq; ad latronem, hodie mecum eris in paradiſo. Hunc gladium a moueri a via ligni vitæ orabat propheta dicens, O mucro domini vſque quo
Luc. 23. non quieſces? Ingredere in vaginam tuam refrigerare & ſile. Reſponſum eſt. Percutiet paſtorem cubantem in meridie, & continuo exibit ſanguinis, qui melius clamet quam ſanguis Abel, dicens, pater ignoſce il- H
Hiere. 47. lis, & ſanguis hic retundet aciem gladij diſtomi: exibit ſimul cum ſanguine aqua, quæ extinguat ignem
Hebr. 12. verſatilis gladij, & tunc demum gladius iræ Dei ingredietur vaginam ſuam & requieſcet. Id autem poſt
Ioan. 19. biduũ fiet. Pendente igitur Abſalone ex arbore ſcientiæ boni & mali, confixo lanceis tribus, triplici enim
2. Reg. 18. morti adiudicatus erat Adam, ciuili, quia exul, naturali, quia morte morieris, ſpirituali, quia eiectus ne ſumeret de ligno vitæ, nihil proficit Heliſæo mittere baculum, id eſt legem per manum Moſi, non enim
Figura. reſurget puer, donec Heliſæus forma ſerui aſſumpta, puero commenſuretur, dicam planius, donec a morte
4. Reg. 4. deuoretur, cui dicitur o inferne o mors morſus tuus ero. Id fiet poſt biduum. De hoc ita habes Apoc. 5. Vidi
Oſee. 13. cœlum apertum vſque ibi, ego autem flebam. Cui dictum eſt, vide ne fleueris. Poſt biduũ occidetur Leo de tribu Iuda, & ſoluet ſignacula libri ſacræ paginæ. Viginti quattuor ſeniores qui circundabant thronũ diuinæ maieſtatis, patres ſunt veteris teſtamenti patriarchæ & prophetæ, qui librum ſacræ ſcripturæ litte- I
ris quidem & verbis ſcripſerunt, myſterijs aut & ſacramentis clauſum reliquerunt, reſerandum in plenitudine temporis. Nam quia impoſsibile videbatur deum poſſe mori, id multo ante præfiguratum eſt (Iudæis quidem ſcandalum 1. Cor. 1.) dicente Eſaia, cap. 53. Sicut ouis ad occiſionem ducetur, &c. Cuius generationem quis enarrabit? Videbatur & illud abſonum vt genus humanum remiſsionem peccatorum acciperet morte eius qui inter iniquos pependit velut maledictum: quod tamen lex expreſſe figurauit in ca-
Gal. 3. pro illo emiſſario, de quo habes Leui. cap. 16. Rurſus quoniam videbatur incredibile, vt morte ſummi ſacerdotis exules repatriarent, id ſimiliter lex præfigurauit in agno immolato in paſcha, eo enim occiſo, & celebrata cœna, filij Iſrael de captiuitate & ſeruitute Aegyptiaca eruti, mari tranſito, in terram introducti ſunt quę fluit lacte & melle. Exo. 3. Paſcha autem noſtrum non agnus eſt, non hædus, non vitula (Num. 19.) non azimus panis, ſed paſcha fiet, & filius hominis tradetur. Origenes. Non ſicut arbitrantur K
Origenes. quidam, hoc dicere vult, quod poſt biduum paſchæ dies adueniet, ſed quod poſt biduum nouum paſcha fiet. Non enim dixit, erit, aut veniet, vt ne oſtenderet illud paſcha futurum quod fieri ſolebat ſecundum legem, ſed paſcha fit, quale nunquam fuerat factum, vt per hoc nouum paſcha illud ſuccidat antiquum. Tradi-
Exo. 12. tur autem in hoc paſcha non aries, non Iſaac, ſed filius hominis vt crucifigatur, cuius ſanguine ſuperlimina-
Eſai. 53. ria domorum noſtrarum vnguntur, dicente propheta, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. Crucifigetur autem media die feruente ſole, vt impleatur illud, aſſum tantum igni comedetis, pro lactucis autem agreſtibus vinum myrrhatum ei obtulerunt. Aſſatum eſt autem tamdiu, donec diceret agnus, conſummatum eſt. Ioan. 19. Aſſus igitur, & fluente de latere eius ſanguine & aqua, de cruce depoſitus, in gremio collocatur ſanctiſsimæ matris, ad quam eccleſia, da inquit mater filium tuum vt comedamus, ipſe enim eſt paſcha noſtrum. 4. Reg. 6. Abulenſ. Quid autem ſi vnus agnus toti familiæ non ſufficeret? Dicendum quod
Abulenſ. vnuſquiſque modicum quid accipiebat. Quid eſt autem quod iubentur ſuperliminaria vngere? Nunquid angelus ſanguinem videbat? Vel nunquid ipſe alias domos Aegyptiorum vel Iudæorũ non nouerat? Quid

autem

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

autem de Hebræis, qui cohabitabant Aegyptijs? Dicendum quod hora phaſe Iudæi tranſibunt ad domos di
uitum, a quibus inuitati fuerant, vt locum cederent angelo occidendi primogenitos in omni domo. Ad
hæc ſciendum, quod occiſo agno, detracta pelle, viſcera extrahebantur, atque lota diligenter, ipſi agno aſſan-
do circundabantur, vt ſimul cum eo aſſarentur. Agnus ipſe non diuidebatur in fruſta, nec præcidebatur
ei manus pes vel caput, ſed integer omnino torrebatur. Cæterum oſſa corroſa canibus relinquebantur. Si
requiras quare cum amaris lactucis iubentur agnum comedere & azymo pane? Reſpondetur, vt ſemper Agnus.
memores eſſent duriſsimæ ſeruitutis Aegypti, in qua more ſeruorū in luto & lateribus deſudabant. Au-
tumant autem Hebræi iuxta Hieronymum, propter id quod ſcriptum eſt Exo.12.cap. In dijs Aegypti fa- Hierony.
ciam iudicia, nocte qua egreſſus eſt populus, omnia in Aegypto templa dirupta fuiſſe, ſiue motu terræ, ſi-
ue ictu fulminum, ſicut quando ingreſſa eſt arca Dei templum Dagon.1.Reg.5. Ad hæc Chryſoſt. Nocte Chryſoſt.
media deus decimam plagam Aegyptijs minabatur, (plagæ autem iſtæ iuxta Abulenſem infra ſeſquimē- Abulenſ.
A ſem illatæ ſunt Aegyptijs) vt eorum primogenita, quia primogenitum Dei populum detinebant. Sed ne
dilecta plebs Iudæorum vna cum illis periclitaretur, quia idem locus continebat vniuerſos, remedium di-
ſcretionis inuentum eſt. Cæterum in diluuio & in Sodomis ſecus factum eſt, quia ibi iuſti cū eſſent pau-
ci numero, facile ſeparati ſunt. Occidite ergo inquit Moſes agnum, & ſanguine eius vngite ſuperlimina-
ria. Quid agis Moſes? Sanguis pecudis liberare hominem a morte poteſt? Valde inquit, non quia ſanguis
eſt vel atramentum iuxta Ezech.cap.9. Sed quia dominici ſanguinis per eum demōſtratur exemplum. De
quo vide Ioſue cap.2. De cocco pendente e feneſtra domus Rahab, quæ typum gerit eccleſiæ. Eſt enim re-
gnantium ſtatuæ quæ ſine ſermone ſunt & ſenſu conſueuere liberare ad ſe confugientes, non quia æreæ
vel aureæ: ſed quia retinent imaginē principis, ſicut alias diximus de Belo. De hoc igitur paſchate Eſaias
loquitur cap.53. Domine quis credet auditui noſtro? Quo verbo raritatem ſignificat crediturorum ex Iu-
dæis. Quodque ſequitur, aſcendet ſicut virgultum, Symachus ramum dixit, vt aſſumptum oſtenderet ho- Maria.
B minem, qui proceſsit de vtero virginali. Sicut radix de terra ſitienti, Aquila, de terra inuia dixit, vt virgi- Pſal.44.
nitatis priuilegium demonſtraret, quod abſque vllo humano ſemine de terra penitus inuia ſit creatus. Non
eſt ei ſpecies neque decor neque aſpectus neque gloria. Vnde ergo dictum eſt, ſpecioſus forma præ filijs ho
minum? Sed deſpectus erat & ignobilis quando pendebat velut maledictum ab arbore vitæ, & peccata Matth.27.
noſtra portabat. Inclytus autem erat & decorus aſpectu, quando ad paſsionem eius terra contremuit, & Canti.5.
fugiente ſole, æternam noctem elementa timuerunt. Vnde dilectus meus candidus plenitudine ac purita-
te omnium virtutum, rubicundus in paſsione, electus ex milibus in reſurrectione. Sequitur. Virum dolo-
rum & ſcientem infirmitatem. Quibus verbis verum corpus hominis, & veram demonſtrat animam, qui
ſciens ferre infirmitates, omnes eas diuinitate ſuperauit. Et abſconditus vultus eius atque deſpectus, vt 1.Cor.2.
humano corpore diuina potentia celaretur. Si enim eum cognouiſſent, &c. Qui vere languores noſtros Matth.26.
C & peccata portauit, & pro nobis doluit vere, cuius anima triſtis fuit vſque ad mortem. Et nos putauimus
eum eſſe immundum ſiue, en pono, id eſt dolore. En pono iuxta.70. Vel leproſum iuxta Symachum, vel Hierony.
flagellatum iuxta Theodotionem. Eſtque ſenſus. Putauimus eum pro peccatis ſuis adeo eſſe percuſſum,
qui humiliatus eſt propter nos, & cum latronibus crucifixus: Vnde dicit: ipſe autem vulneratus eſt pro-
pter iniquitates noſtras. Nos putauimus eum virum pro ſuis peccatis percuſſum (Iob cap.19.) Sed propter
vulnera noſtra ſananda attritus eſt, de quibus ſcriptum eſt Eſai.1. a planta pedis vſque ad verticem, &c.
Vnde diſciplina pacis noſtræ ſuper eum eſt. Quod enim nos pro ſceleribus noſtris debemus ſuſtinere ille Collo.1.
pro nobis paſſus eſt. Vnde liuore eius ſanati ſumus, pacificatis quæ in cælis ſunt quæque in terris per ſangui-
nem crucis ſuæ. Ex quo perſpicuum eſt, ſicut corpus flagellatum atque laceratum ſigna iniuriæ in vibici-
bus atque liuore portabat, ita & animam vere doluiſſe pro nobis, ne ex parte veritas, & ex parte mendatiū
credatur in Chriſto. Sequitur. Omnes ſicut oues errauimus, dominus autem poſuit in eo iniquitates om- Luc.23.
D nium noſtrum, vt quod propter imbecillitatem virium ferre non poteramus, pro nobis ille portaret. Qui
oblatus eſt, quoniam voluit, & non aperuit os ſuum, cum accuſaretur de multis. Aperuit autem pendens Canti.8.
in cruce, dicens; pater ignoſce. Sicut ouis ad occiſionem ducetur (alter Iſaac) & quaſi agnus coram tonde-
te, cum veſtibus nudatus eſt, aſcenſurus palmam. De anguſtia & iudicio ſublatus eſt, Vel iuxta.70. In hu-
militate iudicium eius ſublatum eſt. Senſus eſt, quod de tribulatione atque iuditio ad patrem victor aſcende-
rit, ſiue quod iudex omnium iuditij non repererit virtutem, ſed abſque vlla culpa ſeditione Iudæorum, & Pi-
lati voce damnatus ſit. Vnde admiratur propheta, quod omnium deus ſe tradiderit morti. Sequitur. Generationem eius quis enarrabit? Quod duobus modis poteſt intelligi. Aut enim de diuinitate eius accipiendum eſt, quod impoſsibile ſit, diuinæ natiuitatis noſſe myſteria. Aut de partu virginis, quod difficulter poſſit exponi: Potuit enim angelus & euangeliſta modum narrare huius myſterij, quod fieret, vel quod iamfactū
eſſet, modum autem ſpiritusſanctus nouit, & virgo quæ concepit. Si autem dicat aliquis, quod nemo nouit Matth.11.
E filium, &c. & cui voluerit filius reuelare vel pater: Ergo ſi alicui filius reuelet, hic poterit hoc enarrare my-
ſterium: talis audiat, aliud eſſe noſſe, aliud loqui: quia frequenter quæ mente concipimus, ſermone expli-
care non poſſumus. Ergo myſterium diuinæ natiuitatis in corpore poſſunt ſancti fide magis neſſe quam di-
cere. Alioqui & Paulus raptus in tertium cælum: audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui, id eſt 2.Cor.12.
quæ nequaquam valet humana lingua proferre. Iſtius autem cuius generationem nullus enarrare valet, ſu-
blata eſt vita de terra, vt poſt terræ ſepulturam reſurgens a mortuis, viueret in cælo. Sequitur. Propter ſce-
lus populi mei percuſſi eum, vt populum ſuū quem ſemper peculiarem habuit ad vitam ſua morte reuo-
caret. Dabit impios pro ſepultura, & diuites pro morte ſua, vtrumque populum ſignificans his verbis, in
diuitibus Iudæos in impijs gentiles. Idcirco ergo paſſus eſt: vt ex vtroque populo ſibi eccleſiam congre-
gatet.



Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

garet. Poteſt ſic exponi, ꝙ diuites & impij Iudæi dati ſunt Romanis in prædam in vindictam mortis
Chriſti, eo ꝙ cum iniquitatem non fecerit, nec dolus inuentus fuerit in ore eius, cum ſceleratis reputatus
Dan. 11. eſt, iuxta quod dicitur filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Maledictus autē qui pendet in ligno. Tunc
congregati ſunt principes ſacerdotum & ſeniores in atrium principis ſacerdotum,
qui dicebatur Caiphas, & conſilium fecerunt quomodo eum dolo tenerent & occi-
derent, Lucas, Timebant vero plebem. Matthæus & Marcus. Dicebant autem. Non in
die feſto, ne tumultus fieret in populo. Dicamus interim propter verbum illud: concilium fecerūt,
Sabellicus ꝙ Primum concilium Nicenum celebratum eſt Conſtantini tempore, ſedente Iulio ſexto & trigeſimo pō
tifice, in quo Arrius damnatur, qui diuerſas in trinitate ſubſtantias aſſeruit. Secundum concilium Con-
ſtantinopolitanum Gratiano principe celebratur: Damaſo pontifice vnde quadrageſimo. Res acta in
Macedonium & Sabellium, negantes deum eſſe ſpiritumſanctum. Tertium concilium Epheſinum, Theo
doſio imperante, celeſtino ſedente. Quinto & quadrageſimo pontifice, in eo Neſtorius Conſtantinopo- F
Concilia litanus Antiſtes impugnatur, qui Mariam Dei param, hominis non Dei matrem fuiſſe aiebat, quique a-
generali. liam perſonam carnis diceret, aliam diuinitatis. Calcedonium concilium quarto loco celebratur Leone
pontifice: Martiano imperante, in quo Eutichus damnatur Conſtantinopolitanus Abbas, qui aſſeruit
Chriſtum poſt humanam aſſumptionem non ex duabus naturis conſiſtere, ſed ſola diuina eſſe contentū.
Theodorus quinto concilio damnatur, qui Bizantij eſt habitus. Aiebat enim impius hic, Virginem bea-
tam ſolum hominem peperiſſe, non deum & hominem: Eſtq; in eo concilio decretum, vt Chriſti mater
Theotocos diceretur. Sextum concilium item Bizantij celebratur, vbi Macharius Antiochenus damna-
Gen. 49. tur, qui dicebat vnam in Chriſto eſſe voluntatem, vnde orta eſt hæreſis Monothelitarum. In concilio au
tem iſtorum non intret anima mea inquit Iacob, de quibus ſcriptum eſt, egreſſa eſt iniquitas a ſenioribus
4. Reg. 1. qui videbantur regere populum. Videbantur inquit (Dan. 13.) reuera autem funditus euerterunt, vne-
Hierony. runt enim duo viri ſaluus: & interfecerunt ex his pueris annorum centum, maledictis inueteratis duos & G
quatuor. Itaque iuxta Hieronymum, qui debuerant paſchate vicino, præparare victimas, leuigare tem-
pli parietes, pauimenta verrere, vaſa mundare, & iuxta ritum legis purificari, vt eſu agni digni fierent,
congregantur, ineuntes conſilium tanti veteratores, quomodo Ieſum dolo tenerent & occiderent. Vides
quibus bonis ac religioſis iuxta proprie officijs ſuum principes latronum paſcha auſpicantur: Conſilium
ineunt quomodo vitam perdant, abſoluant homicidam. Timebant vero plebem. Non timentes ſeditio-
nem, vt ſimplex ſermo demonſtrat, ſed cauentes ne auxilio populi de ſuis manibus erueretur. Non inquiūt
in die feſto, quando maior communiter fit populi concurſus, idque maxime verum erat apud Hebræos,
Eſai. 1. qui feſta ſuperſtitioſiſſima obſeruabant. Non igitur vt feſtum ſanctificarent, id dicebant, abſit, ſabbata,
enim eorum calendas & memoria iam olim odiebat deus, ſed ne tumultus ob oriretur in populo, qui ſci-
ſus erat in diuerſa ſtudia erga Chriſtum, alijs dicentibus, bonus eſt, nulli nocuit, omnibus profuit, alijs au-
Matth. 11. tem dicentibus, ſeducit turbas, vini potor eſt, publicanorum amicus. In domo igitur principis ſacerdotum H
decernitur de morte Chriſti, vbi magis oportebat in homicidas decerni. Quid autem ſi ideo non in die fe-
ſto dicebant (res enim principe tenebrarum harum præſidente & agente tractabatur) ne mortem Chriſti
facerent clariorem? Volebat ergo Satanas occultare victimam illam toti orbi ſalutem allaturam, ideo di-
cunt, non in die feſto, ſed Nazareus noſter non in ciſterna morietur, ſed exaltandus eſt in cruce in deſerto
Gentium (Ioan. 3.) in frequentia populi. Agnus autem paſchæ veteris qui vni populo in typo libertatem
donabat, noctu immolatus eſt. Timebant forte & illud, ne ſi in die feſto vellent eum occidere, facto po-
puli concurſu oblationes perderent, quas populus offerre debebat in paſcha. Itaque perditi homines time
Chryſoſt. bant non deum ſed plebem. Chryſoſt. Conſidera igitur ipſos valde timere (ſerui enim erant veteratores
licet) non deum, neque ne malus ſcelus eſſet in ipſa paſchæ celebratione tam ſceleroſum facinus perpe-
trare, ſed homines & tumultum. Ita tamen inflammati, poſt ꝙ proditorem inuenerunt, commutati, ex-
pectare non potuerunt, ſed in ipſa ſolemnitate & capiunt & morte turpiſſima occidunt. Oderant fratres I
ſanctum fratrem Ioſephum, adeoq; odio periti erant, vt non poſſent ei quicquam pacifice loqui. Tamē
Gen. 37. propter timorem & præſentiam patris celabant furorem ſuum. Quam primum autem viderunt eum ſe-
motum a parente, oblata opportunitate, ecce inquiunt ſomniator venit, occidamus eum. Sed & huic pe-
percit diuina clementia ſicut & auo ſuo Iſaac. Vt Ieſus dolo occideretur. Et licet deus Iudæorum volun-
tate nequiſſima diſpenſando in melius vteretur, non tamen propter hoc vindictam diuinā euadent, Quid
enim non mereantur ſupplicij, qui eo tempore quo noxij ſoluebantur, innocentem ſanguinem & iuſtum
perdere voluerunt, a quo tot beneficia acceperant: & illud maxime quod propter illos (quos & oues vo-
cat & filios) Gentes interea negligere videbatur. Quomodo inquiunt hunc de terra tollemus, qui filium
Dei ſe vocat, qui factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum, & tanquam nugaces & hy-
pocritæ & ſepulcra dealbata æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe a vijs noſtris tanquam ab immundi- K
tijs? Et cum grauis ſit nobis etiam ad videndum, nihilominus ecce totus mundus poſt eum vadit. Ioan. 12.
Sap. 2. Omnino morte turpiſſima condemnemus eum, ſed non in die feſto. Itaque iuxta Prouerbium plurimum
Prouerbiū calculus vicit, nec expenſæ ſunt ſententiæ ſed numeratæ, & iuxta Liuium pars maior meliorem vicit,
Forte enim erant multi ex ijs de quibus dixit Ioannes cap. 12. Ex principibus multi crediderunt in eum, ſed
plurium calculus vicit, vt occideretur. Intrauit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur
Luc. 22. Iſcarioth vnum de duodecim. Matthæus Marcus & Lucas. Tunc abijt ad principes ſacer
dotum, ſummus inquam ſacerdotes, & magiſtratus, iuxta Lucam, vt proderet eum illis,
iuxta Marcum, dicens, Matthæus, quid vultis mihi dare, & ego vobis eū tradam? Marcus
& Lucas

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

nie. Eum a quo tu impie profane inter duodecim apoſtolus electus es vnus, Et hic tantus ac talis adeo
Matth.11. in oculis tuis viluit, vt dicas (nulla prorſus ab eo affectus iniuria) quid vultis mihi dare. Origenes. Mu-
Matth.26. lier effudit vnguentum ſuper caput Ieſu, cuius opus mirabile in toto mundo prædicatur in memoriam
Origenes. illius fœminæ. Sed quod Chriſto eſt collatum, Iudas perditum putat. Vnde proponitur ex precio magiſtri
(nouum flagitij genus) recuperare precium vnguenti. Quod forte Phariſæi diuinantes, conſtituunt &
paciſcuntur. 30. argenteos, quod erat decima pars. 300. denariorum. Iuxta myſterium autem tot ei conſti-
tuunt denarios, quot annos vixerat in terris, cuius omnis vita noſtra erat diſciplina. Sicut autē dicit Hie-
Hierony. ronymus, Ioſeph non vt multi putant, iuxta. 70. interpretes viginti aureis venditus eſt, ſed iuxta Hebrai-
cam veritatem viginti argenteis, quot videlicet illi dare voluerunt, nec enim præcioſior poterat eſſe ſer-
uus q dominus. Melius eſt inquit Iudas vt venundetur. Ex malis duobus minus ſpeciem habet boni. Sed
audi Iudæos Lymphaticos. Ferunt enim q nouem fratres Ioſeph (aberat enim Rubem & Beniamin) po
fuerunt excommunicationem ſibi & Deo, quem ad ſuum concilium vocauerunt, ſi ipſe ſecretum huius F
vero auctionis per ſidem reuelaret. Eo amentiæ venerunt miſeri Iudæorum doctores. Obſerua tamen bone
& pie lector, Iudam adeo auaritiæ peſte corruptum fuiſſe, vt pro decem traderet dominum, ſi plures argē-
Zacha. 11. teos ſacerdotes cum eo non paciſcerentur. Namq; q primum illi pacti ſunt cum eo triginta, ſpopondit,
idem facturus ſi decem tantum paciſcerentur: Decorum precium (quod cum dolore admixta ironia legen-
dum eſt) quo apprecïatus ſum ab eis. Nimirum pluris eſtimarent mancipium vel iumentū, ſed tamen en-
tes q qui licebatur triſures erant. Hoc autem noſtro ſeculo aureo multo minoris ſacramenta licentur mul
ti, & eadem licent, & dicunt, quid vultis mihi dare? Vel quod his auribus hauſi, niſi tot dederitis: ego vo-
Plutarch⁹. bis eum non tradam. De hoc alij viderint, ego octipedem ſuſcitare nolo, an potius Briareum. Ad hæc Plu
tarchus de Iulio Cæſare. Circa Pharnacuſam inſulam a piratis capitur, a quibus cum pro eo redimendo
viginti poſcerentur talenta deriſit, q qualem cepiſſent virum ignorarent. Proinde. 50. ſe daturum polli-
citus eſt. Quinquaginta talenta. 30. millibus aureis æſtimantur. Idem nobis dicendum eſt. Si Iudas ſeruo-
rum nequiſsimus matrem domini Ieſu conueniſſet, non. 30. argenteos ſed tercentum accepiſſet. Sed hæc G
cogitanda ſunt non loquenda, deficit enim lingua, ſenſus, & mens caligat, audiens vocem illam, qua vita
& redemptio noſtra licet, cum dicitur, quid vultis mihi dare? Gauiſi ſunt igitur ſacerdotes & magiſtratus,
vt qui inueniſſent nefandæ coniurationis ſuæ exitum bonum vt ſibi viſum eſt. Tantula igitur pecunia
ad tam immaniſsimum facinus conduci potuit Iudas: imo ipſe ſe obtulit non requiſitus. Verum quid
Cęſar. non mortalia pectora cogit cum dicere, tum & facere auri ſacrilega fames? Dixit autem aliquando Cæ-
ſar, proditionem quidem ſibi placere, proditorem autem odio eſſe. Homines enim ita affecti ſunt in im-
probos omnes, quorum operam requirunt, veluti cum felle ac veneno quarundam ferarum indigent, dū
ea ſibi vſui ſunt, illis delectantur, vbi vero nihil indigent, virium ipſum oderunt. Hoc ipſum videre licet
in preſentiarum. Cum iuda proditore indiguerunt ſacerdotes, pacti ſunt cum eo pecuniam, Proditione
Matth. 27. peracta, cū diceret ille, peccaui. Quid inquiunt nī ad nos? Abi, & laqueo te ſuſpende. Exinde igitur quę-
rebat opportunitatem, vt eum traderet ſine turbis. Ita ſacerdotibus preter ſpem aliunde oblata occaſione H
(quis enim tam immane ſcelus ſperare poſſet ab vno ex diſcipulis duodecim, qui teſtis oculatus fuerat im
maculatę vitę Chriſti, & admirabilis potentię eius, & cęleſtis doctrinę eius?) Cum iniquiſsima eorum
voluntate coniuncta, excuſsit omne ſcrupulum de die feſto, ne videlicet ſi oblata occaſione, opus nefariū
pro craſtinarent, ſero pœniterent. Nullum igitur non mouebat lapidem lupus ille, quendam protheum
agens, qui omnes domini nouerat receſſus, occaſionem nanciſcens, quomodo dominū ſuum traderet illis,
Eccle. 10. & res fieret ſine tumultu. Hęc ille, cui melius fuerant nō naſci, ſed pecuniæ obediunt omnia. Pauli autem
Ioan. 13. ſententia eſt, radicem omnium malorum eſſe cupiditatem. 1. Tim. 6. Ante diem autem feſtum pa-
ſchæ ſciens Ieſus q venit hora eius, vt tranſeat de hoc mundo ad patrem, cum dile-
xiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Ideſt ad finem, ideſt beatitudinem ideo
tranſibat, vt eos bearetur. Hoc quod dictum eſt a Ioāne, āte diem feſtum paſchę, dictum eſt a Matthęo I
& Marco, prima die azimorum. Et dicitur prima dies azimorum feria quinta ante paraſceue, non quod
Leui. 12. feria illa quinta eſſet vna ex ſeptem diebus in quibus iuxta Exo. cap. 12. Iubentur Iudęi azimis veſci, ſed
quia veſpera illius ferię quintę erat initium diei ſequentis quo ad paſchę celebrationem, dicente lege, a
veſpera in veſperam celebrabitis ſabbata veſtra itaque hac feria quinta (ante paraſceue paſchę) poſt me-
ridiem abijciebant Iudęi omne fermentatum e domibus, & in eadem veſpera immolabant agnum. Cum
igitur dicit Ioannes, ante diem feſtum paſchæ, per illud ante diem, intellexit pridie paſchæ. Sed huius diei
(qui præcedebat diem paſchæ primum) prima pars erat veſpera ferię quintę quo ad celebrationem feſti-
uitatum idquod nunc etiam obſeruat eccleſia in celebritatibus maioribus. Atque ita factum eſt, vt pri-
ma parte primi diei azimorum immolaretur agnus Typicus, inſtitueretur ſacramentum ſummæ pacis, &
eadem die quo ad celebritatem, ideſt mane paraſceue immolaretur paſcha noſtrum Chriſtus. Hoc eſt ergo K
Exo. 12. quod dicit Ioannes, ſciens Ieſus, q venit hora eius vt tranſeat. Paſcha enim tranſitum ſonat. In Hebręo-
rum paſcha tranſit angelus a domibus Iudæorum (eas intactas relinquēs) ad domos Aegyptiorum, oc-
cidens primogenitos, in paſchate autem noſtro dominus tranſit ad patrem. Sed & Hebrei paſcha ſuum
celebrarunt, tranſeuntes mare rubrum & latiſsimam eremum, vt peruenirent ad terram quæ fluit la-
Exo. 3. cte. Exo. 3. Vnde iubentur veſci agno ſtantes, accincti, tenentes baculos, quod proprium eſt viatorū. Trāſe-
amus igitur & nos cum Moſe, vt videamus viſionem hanc magnam, quomodo tranſire dicitur, qui vbi
Ioan. 1. que eſt, imo cuius centrum eſt vbique, quomodo dicitur ire ad patrē, qui ſemper eſt in ſinu patris, & quo-
modo venit hora eius, qui ſtabilis manens, dat cuncta moueri. Conſidera igitur quomodo ſemel in anno

pontifex

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

pontifex futurorum bonorum quæ in cor hominis non aſcenderunt, relicto foris populo (Leuit.16.) Ingre-
ditur ſancta ſanctorum loca cuicunque alij inacceſſibilia, oraturus pro populo. Conſidera quomodo do- 1. Cor. 2.
minus Ieſus in carne poſitus, per totum annum erat cum populo, prędicans annum placabilem, & quo- Luc. 4.
modo impleta carnis diſpenſatione, tranſiturus de hoc mundo ad patrem, ignem ſecum defert & batillum
corporis & incenſum. Batillus caro eius, ignis charitas eius, qua ſuos in fine dilexit, incenſum oratio eius, Figura.
quā quia cum lachrymis, tranſiturus obtulit, exauditus eſt. Hebr.5. De hoc igitur trāſitu ita habes Exo.33.
Cum Moſes vehementer concupiſceret, & hoc quadam ſi dicendum eſt amica familiaritate (quia domi-
nus ipſe dignatus eſt) extorquere vellet, vt videret eius maieſtatem & faciem (quomodo dici poteſt facies
Dei) audiuit, nemo vidit faciem meam & vixit. Sed ponam te in ſpecula & cum trāſiero, poſteriora mea
videbis. Ideo autem poſteriora tantum & non faciem, quia hora tranſitus mei ponam manum meam ſu
A perte. Hoc alijs verbis dictum eſt, propterea non poterant credere, &c. Ioan.12. Erat igitur manus Dei
ſuper oculos Iudęorum non ſemper ſed donec tranſiret. Poſtquam autem tranſijt de hoc mundo ad patrē,
quid dixerunt? Quid faciemus fratres? Acceperant ſuper ſe ſanguinem illum iuſtum, quem precio admodū
decoro emerant a ſceleſto illo. Zach.11. & videbant ſe crimini inexpiabili obnoxios, ore ſuo iudicandi, Matth. 27.
quo dixerunt, ſanguinis eius ſuper nos, ideo poſtq̄ dominus tranſijt, in ſe reuerſi, quid inquiunt faciemus?
Actu.2. Vide. Tu igitur quicunq; hæc legis, memento, q̄ & hora tua non tardabit, vt tranſeas de hoc ſe-
culo vtrum autem ad patrem, videto, ac proinde manduca & bibe, lude & illude cum Iſrael, ſi habes mul
ta bona repoſita in annos centum. Cum ergo ad eſſet hora eius, vt tranſiret, cum dilexiſſet ſuos in vita, Luc. 12.
moriturus tamē, & relicturus eos pręſentia corporali, maiora multo amoris ſigna oſtēdit. Dilexit eos infi-
nē. Quomodo? Vltimū terribiliū eſt mors, hanc tamen pro nobis & ſi formidauit, tamen libentiſſime ſu-
ſcepit dicens, Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Theophyl. In finem dilexit eos. Theophy
Nihil omiſit eorum quæ facere decet eum, qui arctiſsime diligit. Vnde corpore ſuo eos pauit & ſanguine
B potauit, & poſtremo pedes eorum lauat. Et inquit: ſi me Quæritis, ſinite hos abire, quos & peracta cœ- Ioan.13.
na patri longa oratione commendat. Quomodo ergo deſpiciet eos in grauioribus malis, qui ſic dilexit, vt
pedes ablueret & extergeret? Quid eſt autem, dilexiſſet ſuos? Nonne in ſua venit, & ſui eum non recepe-
runt? Dicendum q̄ ſpeciali ac peculiari amore hi erant ſui, quibus cum conuerſatus fuerat. De hoc ita ha
bes Gene.48. Tranſiturus de hoc mundo Iacob, do inquit tibi fili mi Ioſeph partem vnam extra fratres
tuos (pars hæc æqualis eſt toto, quia pars ita partem non habet) quam tuli de manu Amorręi in gladio
& arcu meo. Et tamen emit eam centum agnis. Chaldaice legitur: quam poſſedi præcibus & oratione.
Occiſis enim Sichimitis a Simeone & Leui cum armata ſimul manu paſtorum, timuit Iacob irruituros ſu Gene. 33.
per ſe populos circum ad iacentes, & orauit dominum, & nullus contra eum ſurrexit. Oratio igitur voca
tur arcus & gladius. Pars igitur hæc ſacramentum eſt corporis Chriſti. Hanc partem eccleſia extra fratres
ſuos accepit, ſicut illi fatentur, dicentes, occidiſti illi vitulum illum ſaginatum, mihi nec hædum dediſti. Ve Luc. 15.
C re ergo dictum eſt, in finem dilexit eos, ſi iuxta Gregorium, probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Hoc
eſt ergo quod dicit; nec inſtans mortis tempeſtas affectum quem gerebat erga illos excuſſit, ſed in ipſo di
greſſu ad patrem potiſſimum exhibuit rari cuiuſdam amoris inditia. Vnde Plato dialogo de amore. Illud Plato.
euenire ſępe numero ſolet, vt ſe in amati perſonam quiſq; transferre cupiat. Deus namq; pro homine fieri
cupit atq; conatur. Quis autem pro Deo hominem non commutet? Fit etiam vt amore illaqueati, viciſ-
ſim ſuſpirent & gaudeant. Suſpirant, q̄ ſe ipſos amittūt (viuo iam non ego) gaudent q̄ in melius ſe trāſ-
ferunt. Calent quoq; viciſſim & frigent, inſtar eorum quos terciana febris inuadit. Frigent, quia a calore
proprio deſeruntur, (mihi viuere Chriſtus eſt) calent, cum superni radij fulgoribus accendantur. Denique Galat.2.
Orpheus amorem dulce amarum nominat, quippe cum amor mors voluntaria ſit. Amarum quia mors, Orpheus.
dulce quia voluntarium. Dicit autem Thomas quolibet. 5.q.3. q̄ Chriſtus maius ſignum oſtendit amoris Thomas.
D ſui pro nobis moriendo, q̄ corpore ſuos paſcendo. Maiorem enim dilectionem nemo habet q̄ hęc eſt, vt quis animam ſuam ponat
ri pro amicis ſuis. Ioan.15. Ad hęc Chryſo. Nemo amatorum hujus ſęculi ita inſaniet in amicam ſuam, ſit
licet Samſon cum Dalila, ſit Iacob cum Rachele, ſit Adam cum Eua, ſit Annon cum Thamar, ſit Paris cū Chryſoſt.
Elena, ſit Antiochus deperiens in ſtratonicem nouercam, ſicut deus deperit in animas noſtras, idq; nulla
vtilitate ſua. Nam & teſte Seneca, ſi propter vtilitatem tantum benefaciendum eſſet, dij tot munera quæ Seneca.
die noctu p̄ nobis impartiuntur, non darent. Ita & vaccæ iam vrgentur pondere lactis, vitulos in paſtu
occupatos, mugitibus ad ſe reuocāt dicentes. Comedite amici, & inebriamini chariſſimi. Cant.5. Et enim August.
liberales iuxta philoſophum videntur egere maxime amicis, de quibus optime merēantur; cum dicunt, ſi
inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum. De hoc autem loco dicetur: cum erit ſermo de Sacramē- Philoſop.
to verę pacis. Sequitur. Prima autem die azimorum, Lucas: in qua neceſſe erat occidi pa-
ſcha vel quando paſcha immolabant. Iuxta Marcum, Matthæus & Marcus, acceſſerunt di- Gene. 18.
ſcipuli ad Ieſum dicentes. Quo vis eamus, & paremus tibi vt manduces paſcha:
E Marcus: & mittit duos ex diſcipulis ſuis: Lucas, Petrum & Ioannem dicens. Euntes
parate nobis paſcha, vt manducemus. Matthæus, ite in ciuitatem ad quendam, & dici
te ei. Magiſter dicit, tempus meum prope eſt, apud te facio paſcha cum diſcipulis
meis. Lucas. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem. Marcus & Lucas, occurret vobis ho
mo quidam lagenam vel amphoram aquæ baiulans, ſequimini eum in domum in quā
intrat, & dicens patri familias domus vel domino domus. Dicit tibi magiſter. Marcus
& Lucas: vbi eſt diuerſorium: vbi paſcha cum diſcipulis meis manducem: Quod autem
Marcus dicit, vbi eſt refectio mea, & infert, vbi paſcha, &c. Oſtendit q̄ non refectio ſed locus quærebat,
ſicut

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ſicut ſequitur ex Marco & Luca, vbi paſcha. &c. Et ipſe oſtendet vobis cœnaculum magnum ſtratum & ibi parate nobis. Et abierunt diſcipuli eius & venerunt in ciuitatem, & fecerunt ſicut conſtituit illis Ieſus, & inuenerunt ſicut dixit illis Ieſus & parauerunt paſcha. Iuxta tres euangeliſtæ. Dicit Abulenſ. Super cap. 20. Matthæi. ꝙ apoſtoli parauerunt paſcha de pecunia Chriſti & non de pecunia patris familiæ, q. 25. Quæ ſit prima dies azimorum patet ex præcedentibus, ex que iis quæ habentur Exo. cap. 12. Dictum eſt autem ſupra, ꝙ exiſtente domino in Bethania rogauerunt eum diſcipuli apud quem vnum ex amicis vellet celebrare paſcha ſuum. Non enim rogant eum de loco, cum lex ſanxerit, vt tribus diebus annuatim omne maſculinum veniat in Hieruſalem, idque vel maxime neceſſarium erat in hoc paſchate vel phaſe. Exo. 23. Interrogant ergo eum de hoſpicio,
Matth. 8. cum quinque præcedentes noctes Bethaniæ exegerit. Cum igitur tantæ eſſet paupertatis, vt non haberet vbi caput reclinaret, rogant apud quem vnus ipſe cum duodecim cœnaturus eſſet in craſtinum vel poſtri- F
die, Nec enim vulgaris erat quærendus amicus, ſed arctiſſimus, quippe qui tot hominibus reficiendis ſufficeret, alter videlicet Abraham, Loth, Zachæus, vel certe altera Martha, Ite inquit in ciuitatem. Ad quē-
Auguſt. dam, verba ſunt euangeliſtæ iuxta Auguſtinum dicentem, ly quendam de ſuo poſuit euangeliſta non dixit dominus, ſed vt ipſe nobis inſinuaret, tacito nomine fuiſſe quendam in ciuitate, ad quem domini diſcipuli mittebantur, &c. Eſt quidem neceſsitate breuitatis obſcura loquutio, ſed tamē integra. Hęc ille. Grece ita eſt pros ton dina, id eſt ad illum, ſic autem loquuntur Græci cum ſignificant certum hominem, quem
Hierony. tamen non nominent Hieronymus autem ita dicit. Morem veteris teſtamenti noua ſcriptura conſeruat. Frequenter legimus dixit ille illi, & in loco illo & illo, quod Hebraice dicitur almoni & phelonì, & tamē perſonarum & locorum non ponitur nomen. Ambroſ. Primum maieſtatem diuinitatis aduerte. Cum diſcipulis loquitur, & iam nouit, quid alibi ſit futurum. Nouit enim qui ſint ſui. Deinde dignationem eius
2. Tim. 2. intuere, quia non perſona diuitis aut potentis eligitur, ſed pauper ambitur, & anguſtum hoſpitium pauperis amplis nobilium ędibus ante fertur. Verumtamen cum bona venia dicamus, ſi pauper erat: Cenaculum grande quomodo dare potuit: eumq; honeſte & competenter opperatum? De hoc alij viderint, Se- G
quitur ex Ambroſio. Sciebas domine nomen eius: cuius ſciebas miniſterium, ſed ideo ſine nomine, deſi-
Ambro. gnatur, vt ignobilis exiſtimetur. Sit igitur pauper homo iſte (iuxta Ambroſium,) ſit & ſine nomine, illud nemo inficiabitur, hoc vel vnico officio multos & bonos amicos ſibi conciliaſſe de mamona iniquitatis.
Luc. 16. Theophyl. ita dicit. Quidam dicunt, ꝙ propter hoc non dixit nomen hominis, ſed ſigno quoddam dedu-
Theophy. xit eos ad domum illius, propter proditorem vt ignorato nomine eius: nō proderet domum Phariſæis, qui veniſſent & comprehendiſſent eum, priuſquam cœnam perficeret, & ſpiritualia ſacramenta traderet. poterat autem & iſte hoſpes ignotus nomine, famoſus re & opere & veritate, dicere illud: Domine non ſum
Matth. 8. dignus, vt ſub eas tectum meum, ſed gloria tibi domine, qui & parua gratioſiora ſępe habes ꝙ magna. Quid enim ſi cœnaculum magnum oſtendit & omnia neceſſaria ad paſchę celebrationem pater familię H
iſte, cœnaculum auro ſtratum oſtroq; ſuperbo, penderent lychni laquearibus aureis, incenſi & noctem flammis funalia vincerent, in vſum eius cui cęlum ſedes eſt, & terra pedum eius ſcabellum? Eſai. 66. Si cę-
Eſai. 40. lum palmo metiris, quando te capiet cœnaculum hoc magnum licet? Sed quia ſtas foris & pulſas, dicens, apud te facio paſcha, dicam & ego, ingredere benedicte domini cur foris ſtas? Gene. 24. Idcirco enim & tu olim declinaſti ad Abraam patrem noſtrum; & is videns hunc diem (neſcio quibus oculis) longe gauiſus
Ioan. 8. eſt gaudio magno valde. Ideoq; licet in Typo ſęnus & alacer ſtabat ſenex annorū. 99. Sedentibus ad menſam tribus illis venerabilibus hoſpitibus. Dicebat autem Agapetus imperatore, Eos plus ama, accipere
Agapetus ate beneficia qui ſupplicant, ꝙ qui tibi contendunt conferre munera. Hi enim debitor referendi gratiam
Actu. 20. efficieris, illi vero Deum dant tibi vadem. Beatius eſt enim dare ꝙ accipere. Nam ſicut ſolis eſt orbem radijs illuſtrare, ita principis partes ſunt egenorum miſereri, nulla quemq; ex ſubditis afficere iniuria. Qui enim offendit neminem, ſuſpicioni habet neminem, quod id tutelam conciliat, longe beneficijs collatis, I
magis pręſtabit. Mittit igitur dominus Ieſus duos ex diſcipulis pręcipue dilectos Petrum & Ioannē (qui tamen vſq; adeo peregrini & hoſpites erant in ciuitate illa quę occidit prophetas, vt vix domum aliquā
Matth. 23. certo cognoſcerent) dicens eis, ite & ingredimini ciuitatem, & dicite cuidam, illi nempe in cuius domum ingredietur homo amphoram lagenam vel hydriam (quod idem eſt) aquę portans, Magiſter dicit & iuſſit vt ſuis verbis tibi diceremus. Vbi eſt cœnaculum, &c. Agnoſcet enim omnino pręceptoris titulum, ſicut domini vocabulum agnouit dominus aſinę & pulli, & ſtatim dimiſit vos. Matth. 21. Lucę 19. Abierunt igitur nihil hęſitantes, & inuenerunt omnia iuxta verbum domini, & ibi parauerunt paſcha, id eſt omnia neceſſaria ad paſchę celebrationem: Agnum, azima: lactucas agreſtes, Baculos & Calciamenta. Exo. 12. Cœnaculum ſanę hoc figuram tenet eccleſię, quę olim lapis erat paruus, nunc autem mons ma-
Dani. 2. gnus, In hoc cœnaculo primum paſcha celebrant duodecim, deinde centum. 20. Nouiſsime confluent ad eā K
Eſai. 2. omnes gentes, Impleto autem cœnaculo, priuſquam paſcha verum celebretur, intrabit rex, vt videat, num ſit
Matth. 22. ibi aliquis Iudas; in hūc enim accepta bucella, ſtatim ingredietur Satanas (Ioā. 13.) & ipſe egreſſus mittetur in tenebras exteriores. Veſpere autem facto venit cum. 12. & cum facta eſſet hora, diſcubuit, & 12. cum. Sed quomodo recumbebant, ſi paſcha celebrabant, quod iuxta legem ſtantes, pręcincti, cum baculis, debebant comedere? Poteſt dici ꝙ recubuerunt donec afferretur agnus, quem ſtantes comederunt. De lactucis & baculis non meminerunt euangeliſtę, quia non omnia ſcripta ſunt, vel forte
Ioan. 19. in his diſpenſauit legiſlator, & maxime in paſchate illo, de quo vere dici potuit, conſummatum eſt. Ideo in veſpera immolabatur, & non remanebit (inquit lex) ex eo quicquam vſq; mane, & ſi quid reſiduum fuerit, omnino igne comburetis. Exo. 12. Diſcubuit igitur cum. 12. Omnia enim ſic agebat Iudas, vt tollatur ſuſpi-

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

tur ſuſpició tantæ proditionis. Lucas. Et ait illis. Deſiderio deſideraui hoc paſcha mandu-
core vobiſcum, ante ꝗ̃ patiar. Dico enim vobis ꝙ ex hoc non manducabo illud, do-
nec impleatur in regno Dei. Et accepto calice, gratias egit & dixit. Accipite & diui-
dite inter vos. Dico enim vobis, ꝙ non bibam de generatione vitis, donec regnum Matth. 26.
Dei veniat. Donec illud bibam vobiſcum nouum in regno patris mei. Marcus in regno Dei. Bibam il-
lud nouum hoc eſt nouo modo, nam nunc bibo alimentis indigens, tunc voluntate no[n] neceſsitate. Quis
igitur rem hanc totam animo perpendens, & proditorem recumbentem vna cum ſaluatore, ac eum qui Chryſoſt.
eradebatur ſic leuiter loqui cum proditore, non eijciet omen furoris atque iræ vene[n]um? Quis enim cō-
greſſu dignabitur, vt ne dicam menſa, eum a quo in proximo inimicis ſuis prodendus eſt precio denario-
rum. 30? Sed quid mirum ſi menſa dignatur eum, cuius pedes lauit, cui oſculum (o profundam patientiæ Luc. 22.
A Dei) non negauit? Ait ergo. Deſiderio deſideraui, hoc eſt magno deſiderio deſideraui. Eſtque hæc ſenten- Luc. 12.
tia eadem cum illa, Baptiſmo habeo ablui, & quomodo angor, donec perficiatur. Sed ſidurum eſt valde
ab amicis ſeiungi, id quod videre licet in Ionatha & Dauid, 1. Reg. 20. In Ru[th] & Noemi, quid eſt quod
bonus paſtor deſiderio tenetur eo ꝗ ingenti, ſecedendi a grege ſuo? Sed domi[n]us Ieſus non hoc dicit, tene-
tur autem deſiderio celebrandi paſcha cum ſuis, ante ꝗ̃ tradatur manibus [im]piorum, in quo paſchate &
vltimo vale finem impoſiturus erat Moſaicæ legi, & conditurus ſacrame[nt]a nouæ legis, & teſtamentum
ſuum, quod ſanguine ſuo confirmandum erat, ſicut dicetur. Vnde Luca[s] duplicis calicis meminit, hoc eſt
duplicis paſchatis. Nam paſcha legis ſtantes comedunt & feſtine, &c. Paſcha autem nouum & æternū, Problema
lotis pedibus, ſedentes, &c. Habet & hunc ſenſum textus iſte. Vt enim penitus infigeret animis ſuorum,
ſe nulla neceſsitate fato ve ſed amore quo in humanum genus ferebatur crucis ſubire ſupplicium, ingenti
dicit ſe iam olim teneri deſiderio vt cum agnum paſchalem cum eis cœnaret, ſed vel cum primis propter
id quod ſequitur: Dico enim vobis. ꝙ eo hoc, id eſt poſt hac non comedam vobiſcum agnum paſchalem
B iuxta quod lex Moſaica ſanciuit, quia agnus ille cum Typus ſit, figura & vmbra agni qui tollit peccatū
mundi, præſente veritate, ceſſare debet eius vſus. Non igitur manducauit dominus Ieſus poſt hac de carni-
bus agni paſchatis veteris, quia elapſis tribus &. 40. diebus a condito nouo paſchate, & vetere ex toto
ab rogato, aſſumptus eſt in cœlum. Ly igitur, donec regnum Dei veniat, nihil dicit conſequutum vel con
ſequendum, ſed per inde valet ac ſi diceret, a modo non celebrabo paſcha in ſæculo iſto, ſed hoc eſt vlti-
mum ac nouiſsimum. Deinceps iubente me morietur Moſes, & ſepelietur, honorifice tamen quia manu
mea. Ita tamen vt penitus ignoretur ſepulchrum eius. Vbi igitur ſinguli guſtaſſent de carnibus agni pa- Deut. 34.
ſchalis, accepto calice vini veteris legis, & actis gratijs, quia tempus aderat quo abrogato paſcha vetere
velut nihil habens præter vmbram veritatis, ſuum nouum & cæleſte inſtituturus erat, dixit. Accipite &
diuidite inter vos, & cætera. Quod eodem modo exponendum eſt ſicut diximus de carnibus agni. Vnde
C illud Leui. cap. 19. Si immolaueris hoſtiam pacificorum domino, vt ſit placabilis eodem die quo fuerit im-
molata comedetis eam, & de altero. Quicquid autem reſiduum fuerit in tertium diem, igne comburetis,
&c. Quod piaculum eſt hoc, vt qui comederit de ſacrificio pacificorum tertia die, prophanus indicetur, &
impietatis reus, & morte dignus? Namq; hunc qui in die contemptum hæc feciſſet, deus traditurus erat in Figura.
dentes ferarum vel in manus hoſtium vel alia inopinabili morte auferret de terra. Nempe ſcriptum eſt:
Non bibam a modo de hac generatione vitis, nec veſcar de hoc paſchate quod mea morte abrogatur vt
nulli de cætero ſit vſui niſi ad mortē. Tertia enim dies euangelio deputatur. Prima enim die obtulit Abel
ſacrificium pacis. Gene. 4. Obtulit & Noe. Gene. 8. Obtulit Melchiſedech panem & vinum. Gene. 14.
Obtulit Abraam arietem vnum. Gene. 22. Secunda die obtulit Aaron & filij ſui. Tertia die obtulit domi
nus Ieſus panem & vinum, id eſt carnem & ſanguinem ſuum. Quicunq; igitur poſt inſtitutum paſcha no 1. Cor. 5.
uum in azimis ſynceritatis & veritatis, comedere voluerit de hoſtia typica, prophanus eſt, impius eſt &
morte dignus, peribitque anima eius de populo ſuo. Ad hæc Auguſtinus. Sicut defuncta corpora neceſſa- Auguſt.
D riorum officijs deducenda erant ad ſepulturam omnia legalia, nec ſimulate ſed religioſe, non autem deſe-
renda continuo vel inimicorum obtrectationibus tanquam canum morſibus proijcienda. Habuit enim
illa Noemi pulchritudinem ſuam & eam mirabilem, de qua vide Ezech, cap. 16. Et illud, tota pulchra es
amica mea, & macula non eſt in te. Sed poſtquam dominus deſpuit in faciem ſororis Moſi (par pari refe-
rens) & omnis decor eius tranſijt ad Aethiopiſſam, quiſquis Chriſtianorum quamuis ſit ex Iudæis ſimili-
ter ea celebrare voluerit, veſciq; tertia die ex paſchate veteris legis, tanꝗ̃ ſopitos cineres eruens, non erit Canti. 4.
pius deductor vel baiulus cadaueris, ſed impius ſepulturæ violator. Non ꝙ aliquis ſepultum Moſen exci- Num. 12.
tare poſsit, quem dominus ſepeliuit & celauit ſepulchrum eius ab oculis mortalium (Satanas tamen id Deut. 34.
ipſum tentauit ſemel) Sed tamen ſiquis hoc præſumat in caſſum licet, diem legis reuocare, qui iam præte-
reijt: huius anima peribit de populo, prophanus erit, & iuxta Paulum anathema ſit, etiam ſi dato per im-
poſsibile, angelus aliquis vel apoſtolus hoc præſumat facere, anathema ſit. Qui comederit de huiuſmodi
E ouis, morietur, Eſai. 59. Chriſtus illi nihil proderit, Gal. 5. Quod autem dicit, donec regnum Dei, veniat,
Regnum Dei ſuam reſurrectionē dicit & prædicit, tanꝗ̃ aduerbiū illud donec, eodem modo intelligitur
ſicut illud, donec peperit filium ſuum primogenitum. Poſt reſurrectionem tamen ſuam comedit quidem Galla. 1.
& bibit multis coram, non tamen de carnibus & poculo veteris phaſe. Sequitur ex Ioannis (capite 13.)
Et cœna facta, cum iam diabolus miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iſca
riotes, ſciens ꝙ omnia dedit ſibi pater in manus, licet non omnium acceperit poſſeſsionem ab
inſtāti cōceptionis ſuæ: & ꝙ a deo exiuit, & ad deū vadit, ſurgit a cœna, & ponit veſtimē
ta ſua, & cum accepiſſet linteum præcinxit ſe. Deinde miſit aquam in peluim, & cœ-
pit lauare

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

pit lauare pedes diſcipulorum ſuorum,& extergere linteo quo erat præcinctus.Cum
audis,cœna facta,de agno veteris phaſe intellige,quem feſtinanter iubentur comedere, ſicut infra dicetur.
Cum iam diabolus miſiſſet in cor. De hoc dictum eſt ſupra ibi,intrauit autem Satanas. Lucæ.22. Ad hæc
August. Auguſtinus.Quoniam iſta fiant,vt diabolicæ ſuggeſtiones immittantur,& humanis cogitationibus mi
ſceantur,vt eas ta[...]quam ſuas deputet homo, vnde ſcit homo? Nec dubitandum eſt etiam bonas ſugge-
ſtiones a bono ſp[...]u ita latenter ac ſpiritualiter fieri.Sed intereſt quibus nam earum mens humana con-
ſentiat,diuino aux[...]o vel deſerta per meritum,vel adiuta per gratiam . Factum ergo iam fuerat in corde
Iudæ per immiſſion[...] Satanæ vt traderet diſcipulus magiſtrum. Talis igitur venerat Iudas ad conuiuiũ,
explorator paſtoris,inſidiator ſaluatoris,hydra quę nunq̃ ſaciatur,nunquam moritur. Talis venerat,&
Hilarius. videbatur,& tolerabatur,& ſe ignorari arbitrabatur. Ad hæc Hilarius. Exequutio quidem omniũ per, F
ſequutionum quæ inferuntur iuſtis communiter ſunt per miniſtros Satanæ , ſed inſtinctus ipſius diaboli
Ephe.6. eſt,cum dicat Paulus: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem,& cætera.Idem patet in
Iob. Nam accepta poteſta[...] in eum Satan , primum homines ad paſtorum cædem & direptionem pecu-
dum excitauit.Egit ergo qu[...]d volebat per humanæ operationis miniſterium : Sicut & in Iuda factũ eſt.
August. Eodem autem modo de anti[...]riſto intelligendum eſt. Auguſtinus. Neſcit tamen diabolus,quomodo illo
F.Maro. inſidiante & furente vtatur a[...] ſalutem fidelium ſuorum ſapientia Dei.F. Maro. Ex quo patet ꝙ diuinæ
ſcripturæ & dicta ſanctorum & verba iuſtorum de moribus eidem occultantur,quia per illa poſſent dę-
mones noſſe iſta quæ Auguſtinus dicit eos ignorare. Concluſio iſta mirabilis eſt, vt tam profunda cæci-
tate teneatur ſerpens hic prudentiſſimus omnium animalium. Iſti igitur ſunt arma diaboli in quibus cõ-
fidit.Lucę.11.Iſti ſunt cornua quibus impetit eccleſiã.Zach.1.Iſti ſunt venti quibus turbat mare.Dani.7.
Gene.3. Perfluat aream. Sunt mallei eius,Hiero.50.Quibus fabricat iuſtis coronas. Sunt Scorpiones quibus cadit
uſtos vt eſtum conſuetum ſoluant.Exo.5.Vnde illud,ſæpe impugnauerunt me a iuuentute mea. Qui e- G
Pſal.128. nim fortes ſunt,ſæpe impugnantur,quia iterari neceſſe eſt,quod & diu geritur & nunquã obtinetur. Sed
quod non poſſunt acie aduerſa obtinere,more aſtutorum bellatorum,ex inſidijs adoritur a tergo, iuxta
quod ſequitur,ſupra dorſum meum fabricauerunt peccatores. Prolongant autem iniquitatem ſibi, ſed fa-
bricam ſuam nunquam perficiunt, quia impugnantur iuſti ſed nunquam expugnantur , etiam ſepties ca-
dentes in die(Prouerb.24.)totidem dominus ſupponit manum ſuam, ne collidantur ex caſu. Et cœna in-
Pſal.36. quit facta. Auguſtinus.Debemus ſenſum euangeliſtæ diligenter attendere. Loquuturus enim de tanta do
August. mini humilitate, quæ omnem fidem excedit humanam prius eius celſitudinem voluit commendare . Ad
hoc enim pertinet quod ait,ſciens ꝙ omnia dedit ei pater in manus,& adeo exuit deus de Deo.Cum er-
go ei omnia dediſſet pater in manus,ille non diſcipulorum manus ſed pedes lauit,ſerui officium implens,
cum eſſet deus.Sed qui forma ſerui formam celauerat Dei , ſerui impleuit miniſterium . Hoc igitur cum
eſſet deus de Deo ignis in rubo,rota in rota,mundus in pupilla,circulus in puncto,artifex in factura ſua, H
non timebat imminui gehennam ſuam lauans pedes ſuorum . Non enim rapuerat gloriam quam habet
communem cum patre,vt timeret ab illa excidere,ſicut neſcio quis Amam.Eſter. 7.Et propterea non di-
gnantur humile quiddam facere,qui generoſi non ſunt,quoniam gloriam rapiunt,nolites vllo modo hu-
miliari,ne videlicet perdant quod rapuerant . Si ergo humiliari opus eius eſt, qui adeo exuit , ſuperbire
Theophy. profecto opus eius erit,qui eum habet principem, qui rex eſt ſuper omnes ſuperbos : cuius vox eſt,ſimilis
Eſai.14. ero altiſſimo. Habes ergo in quo ſimilis ſis altiſſimo,ſi laues pedes fratrum tuorum. Sed id quando faciet
Matth.4. Satanas,qui dicit ad eum qui adeo exuit,procedens adora me?Itaque ſicut dicit idem Auguſtinus,tanta
August. eſt humanæ humilitatis vtilitas;vt eam ſuo commendaret exemplo diuina celſitudo . Sciens itaq; ꝙ adeo
exiuit,Nihilominus ſurgit a cœna quæ iam ex parte abſoluta erat , & inqua dato corporis & ſanguinis
ſui ſacro Symbolo perpetuam ſui memoriam pacturus erat, & amoris nulli vnquam modis inter moritu
ri fœdus ſanctie conſtituerat, & poſuit veſtimenta, & cum accepiſſet linteum præcinxit ſe, hoc eſt mutato I
regio ornatu,in quo viſus eſt a propheta,ſedens ſuper ſolium excelſum,formam & habitum ſerui accepit.
Eſt enim regium ſedere ſeruorum autem lauare pedes. Et hoc vel maxime mirantur ſeraphim beatiſſimi,
qui thronum circunſtabant ſedetis,quomodo ſpecioſus forma pręſ filijs hominum,de quo dicitur Eſaias.
Eſai.6. Viuo ego ,quod mihi flectetur omne genu, nunc linteo accinctus,pedes ſuorum lauet, ſicut ſcriptum eſt.
Pſal.44. Quã glorioſus fuit hodie rex, diſcooperiẽs ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus, quaſi nudetur
vnus e ſcurris.2.Reg.6.Et reſponſum eſt,ludam & vilior fiam, cum crucem nudus aſcendam, & non pe-
Figura. des lauabo aqua,ſed peccata multorum aqua & ſanguine. Quid igitur dicunt ſpiritus illi cæleſtes ( nam
apoſtoli inter hæc attoniti & velut in extaſi poſiti, præſtolabantur rei huius exitum) videntes eum cui
cęlum ſedes eſt,præcinctum linteo!Sanctus Sanctus Sanctus dominus deus Sabaoth : Ecce vnam ex an-
cillis tuis,vt lauet pedes camelorum iſtorum,1.Reg.25. Verum vnum nos inanes impleremur, niſi ipſe ſe- K
metipſum exinaniret!Quo vſq;!Hic eſt cuius corrigiam calciamenti Ioannes quo nullus maior inter na-
tos mulierũ(Matth.11.)non eſt dignus procũbens ſoluere. Et ipſe eſt qui ſingulorum apoſtolorũ ſandalia
ſoluit,pedes lauit,& abſterſit. Vidi dominum ele[...]tum,ſuper omnem noticiam humanam.Seraphim ſta
Eſai.6. bant,Quid faciebant,quid dicebant!Qua fiducia fruebantur,fiducia nulla, verum timoris ac ſtuporis e-
Chryſoſt. rant plena,ipſa etiam ſpecie metum in effabilem declarantia. Duabus enim alis velabant faciem (muna-
rum vice)ſemel excludentia radium e throno procedentem, ferre non potentes immenſam illius gloriam,
Eccle.5. ſimul & implentes illud altiora tene quæſieris,& religionẽ ac reuerentiã ſignificantes quã habent erga do
minum. Verum pedes quare velant ? Habitu,aſpectu,voce,ſtatione inexplebilem erga quã habent erga do
rentiam exhibent,velut ſi homo aſtet alicui regi terreno, omnibus modis molitur,vt ꝙ plurimum erga
illum

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

illum reuerentiæ exhibeat, vt per hoc maiore illius erga ſe conciliet gratiam, Cuius gratia non ſolum ſpe-
cie capitis verum etiam ipſa voce, ipſa manuum compoſitione, ipſa pedum coniunctione totiuſque cor-
poris contractione talem reuerentiam contra oſtendere, Præcinctus igitur, miſit aquam in peluim, & cœ-
pit lauare pedes ſuorum. Theophyl. Primo omnium lauit proditorem. Ex cæteris enim nullus ſuſti- Theophy.
nuiſſet ante Petrum lauari, proditorem autem hoc auſum poſsibile eſt. Cæteri enim ſuſtinuiſſent idem quod
Petrus, Itaque poſt Iudam Petrum lauit, a quo cæteri, permiſerunt lauari. Si dicas dominum a Petro Matth.22.
cœpiſſe, quia caput erat poſt Chriſtum (verius futurus erat) non cogit, quando eandem humilitatem
volebat eis perſuadere qui nuper de primatu contendebant. Cum ergo audieris cœpit lauare, crede e- Ezech.1.
uangeliſtæ, nam alias officium hoc omnem fidem humanam ſuperat. Quis vero pauo inter hæc aut Dani.3.
pennatum animal, etiam oculatum ante & retro, etiam ſi ſit quattuor facierum, cuius caput aureum
A & ſtatura eius cubitorum 60. Hæc audiens: non deponat rotam ſuam, ſubmittat alas, ſilentio ſuo ſub ſu-
dicans ſtuporem mentis, videns dominum vniuerſorum procubentem & accidentem pedibus vnius pi-
ſcatoris & alterius proditoris & neſcio cuius publicani peccatoris! Verum qui ſuſtinuerat pedes ſuos ab-
lui ab vna & altera fœminam Lucæ.7. Ioan.12. Par pari rependens, (oportet pari, ſed dixi vt potui, quis
enim dicat vt eſt?) Pedes ipſe non vnius ſed duodecim abluere ſtatuit, præcinctus linteo. Mulier quæ-
dam Megarenſis cum Achæorum imperatorem ad ſe aduentare accepiſſet, ingenti animi tumultu flu- Plutarch.
ctuabat, & in ipſo cœnæ apparatu agitabatur. Interim imperator tenui admodum Chamyde ſubit
ædes. Quem mulier ex miniſtris quempiam præcurrentem ſuſpicata, vt miniſtranti ſibi opus adhiberet
precatur. Continuo imperator relicta Chlamyde, ſcindere ligna cœpit. Inter hæc hoſpes ingreſſus, vbi
rem conſpicatur: quidnam hoc eſt inquit o imperator? Et ille, quid nam aliud ait, quam indecoræ fa-
ciei ſupplicium do? Ita eſt. Quoniam enim dominus maieſtatis ſub forma ſerui celauerat formam Dei,
B in miniſterio ſerui poſitus, vix ab vno ſeruorum ſuorum agnitus eſt, & huic non caro & ſanguis reue-
lauit tantum ſacramentum, ſed pater de cælis. Venit ergo ad Simonem Petrum. Domine tu Matth.16.
mihi laua pedes? Reſpondit Ieſus. Quod ergo facio: tu neſcis modo, ſcies autem 12.q.2.cap.
poſtea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in æternum. Reſpondit Ieſus. Si beatus. de
non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus. Domine non tan- conſe.diſt.
tum pedes meos, ſed & manus & caput. Dicit ei Ieſus. Qui lotus eſt, non indiget 4.quomõ.
niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Ad hæc Origenes. *Sicut medicus plurimum ægroto-*
*rum intentus curæ, ab his qui magis ope ſua indigent primam curam incipit, ſic & Chriſtus. Vnde vltimo* Origenes.
*venit ad Simonem Petrum, quaſi minus alijs indigenti lotura pedum.* Chryſoſto. Vel ſi Petrus pri-
mus erat, credibile eſt proditorem ſtultum priores partes Petri præoccupaſſe, hoc eſt ante eum recubu-
iſſe. Quærendum eſt etiam, quare eum nullus aliorum prohibuerit. Ex hoc igitur videtur mihi inquit.
Chryſoſto. Prius ſolum proditorem lauiſſe, deinde ad Petrum veniſſe, & cæteros diſcipulos per Pe-
trum de reliquo caſtigatos. Vel aliter iuxta Origenem. Omnes porrigebant pedes, decernentes, quod tan- Chryſoſt.
tus magiſter non irrationabiliter eorum lauaret pedes. Solus autem Petrus qui alias dixerat, exi a me, Luc.5.
qui homo peccator ſum, id detrectabat, nulla habita conſideratione, tanquam reuerens Ieſum. Quod Origenes.
autem Auguſtinus dicit, Petrum caput eſſe apoſtolorum, pro inde ab illo cœpiſſe Ieſum, miror tan-
tum virum vbi exemplum inimitabilis humilitatis tradebatur apoſtolis, ſibi arbitrari dominum cœpiſ- Auguſt.
ſe a melioribus vel maioribus, & non ſic eos lauiſſe ſicut ipſi ordinate ſedebant. Venit ergo ad Simonem
Petrum, & dicit ei Petrus. Tu mihi lauas pedes? Si enim Abraam pater fidei noſtræ pedes Petro laua-
re tentaret, vel certe Moſes amicus Dei, aut rex Dauid, Salomon, Ioannes Baptiſta vel vnus certe ex
cherubim in aſſumpto corpore, quid aliud dicturus erat Petrus vertex licet apoſtolorum, quam id quod
D nunc audiuimus, tu mihi? Ac proinde iuxta Chryſoſto. Hæc particula, tu: magnam habet ſignifica- Chryſoſt.
tionem, quare non oportuit aliud dicere quam, tu. Et his manibus quibus panes multiplicaſti, lepro-
ſos mundaſti cæcorum oculos reuelaſti, tu meos vis lauare pedes? Et mirum eſt quomodo Petrus ex-
taſim non eſt paſſus, cum in hoc certamine pietatis vterque genibus acciderit alterius. Nam & alias
cum Cornelius ingreſſus ad Petrum, adoraſſet procidens ad pedes eius, non ſuſtinuit nec momento qui-
dem, ſed ſtatim eleuauit eum dicens, ſurge; Et ego ipſe homo ſum. Actu.10. Auguſtinus. *Quis enim* Auguſt.
*non expauęſceret, lauari ſibi pedes a Dei filio! Quamuis itaque magnæ fuiſſet audaciæ, contradicere*
*ſeruum domino, hominem Deo, tamen hoc Petrus facere maluit, quam perpeti vt ſibi pedes lauaren-*
*tur a domino Deo. Quid eſt autem, tu, & mihi? Tu inquam deus verus de Deo vero mihi homini*
*peccatori & de peccatore genito, & a peccatrice concepto, quia in peccatis concepit me mater mea.*
E *Pſalmo.50. Tu talis mihi tali pedes lauas? Cogitanda ſunt hæc potiuſquam dicenda, ne forte quod*
*ex his verbis aliquatenus dignum concipit anima non explicet lingua. Quis autem explicare poteſt, ni-*
*ſi qui pleniſsime cognouit, qui & quantus ſit, qui pedes lauat ſuorum? Inter creaturam autem & crea-*
*torem quanta ſit diſtantia ſi ſimilitudine explicare velis, omnis ſimilitudo eſt ad hoc peregrina, nihil ex-* Matth.3.
*plicat.* Reſpondit Ieſus, Quod ego facio, tu neſcis modo, ſcies autem poſtea. Simile eſt illud. Ioanni enim
deprecanti miniſterium baptiſmatis, ac dicenti, ego a te potius deberam baptizari, reſponſum eſt, ſine mo
do, ſic enim decet nos implere omnem iuſticiam. Quare velim abſte aqua dilui neſcis modo, ſcies autem
poſtea. Itaq; Petre ſine me quod facio facere, non eſt enim leue aut ocioſum, licet tu huius myſterij nunc
expers ſis, ſcies tamen olim. Ita & Petrus hoc loco neſciebat quid diceret, ſicut ibi, faciamus hic tria ta-
bernacula. Matth.17. Petrus tamen licet myſterium latens in illa lotione penitus ignoraret, tamen vſ-
que ad ſuos pedes humilem Chriſtum ad hæc non ſuſtinet videre, non poteſt videre, cum infert,



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

quomodocunque ſe habeat res non lauabis mihi pedes inæternum: nunquam id feram nunquam patiar.
Quibus verbis non tantum dominum Ieſum arguit ſubmittentem ſeipſum vltra quam decens eſſet, ſed
Chryſoſt. & diſcipulos indecenter ſuos pedes porrigentes. Chryſoſt. Quid facis o Petre? Oblitus es quæ ante dixe-
Matth.26. ras, quando audiſti vade poſt me Satana? Et adhuc non admoneris? Ita ergo & nunc audies id quod ſe-
quitur, ſi non lauero te, non habebis partem mecum. Quam partem? Maria optimam partem elegit ſibi.
Lucæ.10. pars hæc ſolebit in bonis deſiderium noſtrum. Pſal.102. Partem hanc oculus non vidit abſque
te deus. Eſai.64. pars hæc eſt totum hominis bonum. Eſt terra illa quæ fluit lacte & melle Exod.3. & irri-
gatur duplici fonte. Ioſue.15. Dicit ei Simon Petrus. Domine non tantum pedes meos, ſed & manus &
Theophy. caput. Theophyl. Eſt ergo iuramentum aliquando frangendum, cum in animæ periculum vergit. Erat
Prouerbiũ igitur Petrus valde inops conſilij, & poſitus inter incudem & malleum. Vel enim ferre debebat Chriſtum
lauare volentem pedes ſuos, id autem duriſsimum, vel bonorum Chriſti fieri expertem, id autem malo-
rum maximum. Itaque Petrus mature reſipiſcens, quam vehemens fuerat deprecando, tanto imo vehe- F
mentior factus eſt in obtemperando, ita vt & caput ipſum offerret diluendum & manus (quorum nullo
erat opus) neſciens quid diceret. Cum igitur caput offert manus & pedes, totum ſe offert diluendum, ſi
ita res fert, vt particeps fiat bonorum Chriſti. Dominus ergo Ieſus & ablui volens a ſeruo in Iordane, &
Matth.3. pedes ſuorum abluens & extergens, exemplum nobis duplex dedit inimitabilis humilitatis. Dicit ei Ie-
ſus. Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, & cætera. Vide Leui.8. Quomodo ſacerdotes vngeban
tur in capite in manibus & in pedibus, vt toti Deo dicati, vlterius ad humanos vſus non transferrentur.
Sacerdotes Verum ſcriptum eſt, erit ſicut populus ſic & ſacerdos, Eſai.24. Cum oppoſitum deberet fieri. Sermo au-
Pſal.23. tem hic, qui lotus eſt, myſticus eſt, nullus enim eſt adeo innocens manibus & mundo corde, quique non
accepit in vano animam ſuam, qui non habeat neceſſe dicere cotidie domine, pater dimitte nobis
debita noſtra. Itaque licet in ſacramento baptiſmi omnia peccata remittantur, ipſa tamen conuerſatione G
Eſai.6. terrena contrahimus aliquid pulueris & affectus terreni (væ mihi quia tacui, & vir pollutis labijs ſum, &
in medio populi polluta labia habentis ego habito) vnde neceſſe habemus lauare pedes manibus Chri-
ſti, & dicere ei, dimitte nobis debita noſtra, ſicut nos lauamus pedes fratrum noſtrorum, dimittentes debi
Hierony. toribus noſtris. Hieronymus ſuper illud: væ mihi quia tacui. Fœlix conſcientia quæ tantũ in ſermone pec-
cauit, non ſuo vitio ſed ſocietate populi habentis labia polluta, quo cum ſæpiſsime loqui cogatur, Ex quo
oſtenditur noxium eſſe viuere cum peccatoribus, quod vel maxime competit prædicatoribus apoſtolis
videlicet, qui diſcurrere debebant per totum orbem. Vnde illud. Laui pedes meos: quomodo inquinabo
Canti.5. eos? O grande myſterium. Pulſat ſponſus ad ianuam ſponſæ ſuæ, & illa timet inquinare pedes veniendo
Gene.3. ad eum qui lauit pedes ſuorum. Timet certe, quia per terram venit ad eum (inſidiante ſerpente calcaneo
eius) qui ſuos conſtitutos in terra non deſerit. Hoc eſt igitur quod Petrus tunc ignorabat, & in illo omnes H
nos, quamdiu hic viuitur, ſine crimine eſſe poſſumus, at nõ item ſine peccato. Si enim dixerimus quod
non ſumus ſicut cæteri homines (Lucæ.18.) nos ipſos ſeducimus & mentimur. 1. Ioan. 1. Obſerua autem,
quod Iudæi accepturi legem, veſtimenta iubentur lauare. Exo.19. Facturi phaſe calciare pedes, cæterum
celebraturis paſcha nouum & æternum, pedes lauantur, ſi iam alias loti ſunt. Et vos mundi eſtis,
Exo.12. ſed non omnes. Sciebat namque quis nam eſſet, qui traderet eum, propterea dixit,
non eſtis mundi omnes. Poſtquam ergo lauit pedes eorum, accepit veſtimenta ſua,
& cum recubuiſſet iterum, dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me ma-
giſter & domine, & bene dicitis, ſum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros, domi-
nus & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vo-
bis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Ne igitur tu anxius inquireres, quid I
eſt, non eſtis mundi omnes, id Ioannes explicuit dicens, ſciebat enim veteratorem vna deliteſcere inter
columbas vndecim, Inter filios & amicos quos dominus ſibi conciliauerat ex ſeruis. Sciebat ergo cum is
qui ſcrutatur corda hominum profunda licet, Sciebat quis eſſet traditurus ſanguinem iuſtum precio dena-
riorum. 30. & tamen cum hanc traditionem præſciret Chriſtus Dei virtus & Dei ſapientia, Iudas potuit
Hiere.17. non tradere eum, de quo dictum eſt Ioan.12. cap. in fine. Ideo dominus ante traditionem non prodidit eũ,
pœnitentiæ locum relinquens. Poſtquam ergo lauit pedes eorum, accepit veſtimẽta ſua & cum recubuiſ-
Matth.22. ſet iterum, dixit eis. Scitis, & cætera. Tempus eſt igitur vt beato Petro reddatur illa promiſsio, ſcies au-
tem poſtea. Vocatis me magiſtrum, vere dicitis, viam enim Dei in veritate doceo, faciens quod iubeo fie-
ri, ideo magnus magiſter vocabor in regno cælorum. Matth.5. Vnde illud Ioan.3. Scimus quod a deo ve-
niſti magiſter. Vocatis me domine, quia nemo poteſt facere ſigna quæ ego facio, niſi me habuerit comi- K
tem. Mihi enim parent elementa quæ carent vita motu & ſenſu. Sum igitur vere magiſter & dominus.
Tullius. Sicut autem Tullius, nihil in ſimplici genere natura omni ex parte expoſitum reddidit, quod quidem ex-
emplo probauit, Zeuſis, cum ſimulacrum Elenæ pingeret. Ex diuerſis namque puellis perfectam imagi-
nem deliniauit. Alium namque iuſticia alium fortitudo, alium liberalitas commendat, & in vna aliqua
virtutum dicitur de multis amicis Dei, Non eſt inuentus ſimilis illi, ſolus dominus Ieſus vere dicitur ma-
Eccle. 44. giſter, ſuper quem requieuit ſpiritus ſancti omnimoda plenitudo verum lectionem quam ſuos in præſen-
Lucæ.22. tiarum docet humilitas eſt, rara certe auis in terris, nam apoſtolorum contentio non de humilitate erat,
ſed quis illorum ſimilior videretur illi qui tanquam fulgur de cælo ruit, Lucæ.10. Cuius ſpiritum quam
Gene.16. primum conceperit quis, ſtatim cum Agar contemnit dominam ſuam. Cum autem dominus ſubijcit, ſum
Prouer.27. & enim, non timemus ne hoc dicens, arrogans fias. Ad hominem quidem dictum eſt, laudet te alienus
& non os tuum (quod Paulus inſaniam vocat non ſemel. 2. Corint.11.) Sed laudet te os proximi tui.
Deus

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

Deus autem cui ſilet omnis laus, a nullo digne laudari poteſt (etiam dicente propheta, adijciam ſuper
omnem laudem tuam) niſi a ſeipſo. Cui enim non ſufficit obſtupeſcens conſcientia, quando ſufficiet
balbutiens lingua? Dixit autem & apoſtolus. 1. Cor. 12. Si voluero gloriari, non ero inſipiens, verita- Pſal. 70.
tem enim dicam, in domino gloriabor. Si ergo Paulus non timet inſipientiæ notam ſubire, in domino
glorians, quando id ipſum metuet: qui gloria eſt omnium recte viuentium? Si ergo ego laui pedes ve-
ſtros dominus & magiſter, & vos debitis (o vos debitis, ſi ego laui) fratrum lauare pedes. Exemplum
enim dedi vobis. Ecce quod dictum eſt, ſcies autem poſtea o bone Petre. Docemur ergo charitatem,
quia lauare, ideſt ignoſcere fratri, docemur & humilitatem, quia pedes lauare iubemur. Legimus de fœ-
mina quadam, quæ viro congreſſura, pulchram imaginem ſibi proponebat, ne fœdos pareret filios qua- Fœmina.
lis vir erat, ita fecit Iacob proponens ouibus decorticatas ex parte virgas, & cætera. Gene. 30. Vos igi-
A tur facite iuxta exemplar hoc abſolutiſsimum quod ob oculos videtis. Nam & doctores videmus pue- Exo. 25.
ris litteras elegantiores præſcribere, vt ad imitationem quamuis a longe veniant. Vere a longe, & maxi-
me ſi mores huius temporis aſpicias, vtique ferreos non aureos, quando nullus alij cedit loco, omnes a-
mant primos accubitus, iniuriæ tenaciſsimi, beneficiorum penitus immemores. Tamen quod meum ei ac
feci: exemplum vobis dedi, & cætera. Legimus de Ariſtide ad hunc modum. Dicitur adeo inflammatum Matth. 15.
ad gloriam & rerum maximarum ambitione honoris cupidum extitiſſe, vt iuuenis ad huc ad ſe rediens, Ariſtides.
diutius omnia voluptaret animo, & nocturnis vigilijs indulgeret, conſuetis repudiatis conuiuijs. Rogan-
tibus vero, admirantibus quod eius vitæ mutationem, reſpondebat: Miltiadis trophæum ſibi ſomnos adime-
re. Quomodo alias fleuiſſe legimus Iulium Cæſarem, conſpecta imagine Alexandri, & ipſum met Ale-
xandrum, quod vnius orbis dominus non eſſet, cum perſuaſus eſſet multas eſſe mundos. Ego autem exem-
B plum dedi vobis, vt faciatis quod me vidiſtis facere.

Caput. v. Non eſt ſermo maior domino ſuo. Qui manducat mecum, leua-
bit contra me calcaneum. Cœnantibus illis: accepit Ieſus panem, & gratias
agens: benedixit ac fregit: deditque diſcipulis & ait. Accipite & comedi-
te: hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam com-
memorationem. Similiter & calicem: & c.

AMen amen dico vobis, non eſt ſeruus maior domino ſuo, neque apo- Ioan. 13.
ſtolus maior eo qui miſit illum. Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis
ea. Non de omnibus vobis dico. Ego ſcio quos elegerim. Sed vt
impleatur ſcriptura, qui manducat mecum panem: leuabit contra
C me calcaneum. Lucas. Verumtamen ecce manus tradentis me mecum
eſt in menſa. A modo dico vobis, priuſquam fiat, vt cum factum
fuerit: credatis, quod ego ſum. Dicens dominus, non eſt ſeruus maior do-
mino, & cætera: minus dicens, malus ſignificauit, non eſt maior, ſed neque æqualis,
imo neceſſario minor in eo quod ſeruus, domino ſuo. Nam & de eo qui in forma Dei
ſemper fuit, eſt & erit, iuxta quod formam ſerui accepit, ſcriptum eſt, pater maior me eſt. Iſidem de apoſtolo Ioan. 14.
intellige, apoſtolus autem miſſus interpretatur, apoſtello enim mitto eſt. Si ergo dominus & regum rex
qui legatos cotidie mittit per orbem (omnes enim ſunt adminiſtratorij ſpiritus & legati, illi qui terunt ſca- Hebr. 1.
lam Iacob. Gene. 28.) & operarios in meſſem ſuam, (Lucæ. 10.) lauit pedes ſeruorum ſuorum, in vtilium ſi Lucæ. 17.
verum fateamur, vos qui ſerui eſtis: demus vtiles, vos qui apoſtoli eſtis & legati, debetis eadem factura-
D re, debetis non ſæuire violentia, non turgere potentia, ſed mites mitem imitari, humilem humiles. Hoc
igitur quoniam nunc ſcitis, ſcitis autem me explicante ac dicente: exemplum vobis dedi, beati eritis, ſi
feceritis ſimilia cum fratribus, quoties res poſtulabit & vtilitas fratris: ſic enim adimplebitis legem Chri-
ſti. Quod autem dicit: Non de omnibus dico, idem eſt cum illo: Mundi eſtis ſed non omnes. Ego Gal. 6.
ſcio quos elegerim. Sed inter hos electos eſt & electus quidam (nam & Iudas electus eſt, dicente domino,
nonne ego vos. 12. elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt.) Qui iuxta quod ſcriptum eſt (quod & implebi- Ioan. 6.
tur hac nocte) in tantum ceruicem attollet, vt more inſanientis equi contra dominum ſuum recalcitret. Te- Pſal. 40.
xtus hic deſumptus ex Pſalmo. 40 Ita habet. Qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplanta-
tionem. Vocantur autem hic Iudas veterator homo pacis, ſicut Abſalon pax patris per antiphraſim, eo
quod ſymbolo pacis impijſsimus parricidium perpetrauit. Edebat autem panes Chriſti ſicut & cæteri
E apoſtoli, quia ad vnam menſam omnes ex equo ſedebant. Alias autem latro erat, & villicus iniquita-
tis bonorum pauperum. Ioan. 12. Hic igitur reponens odium pro dilectione, pedes quos his manibus
lauit, his ipſe cito leuabit contra me, leuabit contra me calcaneum. Quis domine? Homo in quem ſpe- Auguſt.
raui. Quomodo ſperauit? Num ipſe non nouerat eum, quando dixit, vnus diabolus eſt? Noueras ab ini-
tio, ſed quoniam ipſe in membris ſuis eſt ſicut caput in corpore, quod de Iuda fideles multi ſperauerunt,
videlicet quod fidelis futurus eſſet ei qui eum inter. 12. annumerarat, hoc dicitur dominus ſperaſſe & ab
ipſo Iuda. Verumtamen inquit, ecce manus tradentis me (iam enim pactus eſt cum ſacerdotibus de precio)
mecum eſt in menſa, mecum eſt in catino, tam prope aſsidebat angelus Satanæ transfiguratus in apoſto- 2. Cor. 11.
lum & angelum lucis, ſed quo magis tolerabatur, & bonitate domini ad pœnitentiam attrahebatur (ſed Rom. 2.
adamantinus erat) eo magis ipſe theſaurizabat ſibi iram indurans cor ſuum ſicut Pharao. Qui inquit
edebat panes meos, hoc eſt iuxta Prouerbium; Ale Luporum Catulos. Legimus enim Leones & canes



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

nutritijs ſuis gratiam officij retuliſſe, verum nulla eſt fera tam ingrata, quæ ſic cum hominis & maxime
Lucæ, 19. huius hominis ingratitudine conferenda, qui edebat panes Chriſti, ſubijciamus illud, qui edebat carnem
& ſanguinem Chriſti. Sequitur. Amodo dico vobis. Simile eſt illud, ecce aſcendimus Hyeroſolymam, &
filius hominis tradetur. Prædicit enim dominus toties mortem ſuam ante ꝙ patiatur, vt ne quicquam te-
mere geri in eo vid[illegible] poſſit, ſed omnia præuiſa & præ ordinata eſſe a diuino conſilio, vt cum factum fue
rit, credatis ꝙ ego ſum [illegible] is, de quo ſcriptura teſtatur cum alia multa, tum & illud quod præmiſi, qui man-
ducat panes meos & cætera. Amen amen dico vobis, qui accipit ſi quem miſero, me acci-
pit. Qui autem me accipit, accipit eum qui me miſit. Quæ verba expoſita ſunt Matth. cap.
10. Illud tamen interim annotandum eſt, ꝙ interdum qui mittuntur, literas ſecum vitæ portant, & in hu-
Caligula. iuſmodi non tenet hæc regula. Legimus de caligula, quod equiti Romano tumultuanti per centurionem
denuntiauerit, vt abiret ſine mora hoſtiam, perferretque ad Ptolomæum regem in Mauritaniam codi- F
cillos ſuos, quorum exemplum erat. Ei quem iſtuc miſi, neque boni quicquã nec mali feceris. Nihil tale do-
minus Ieſus, Sed amen dico vobis, ſiquis acceperit quem miſero, etiam ſi ille abutatur officio ſibi credito
ſicut Iudas proditor, (multos enim ille æmulos habiturus eſt maliciæ ſuæ, quibus charior erit pecunia ꝙ
veritas vitæ & doctrinæ) tamen non perdet mercedem ſuam, me enim recipit, cuius nomen ille præſe fert.
De hoc ita habes, 2. Paralip. cap. vltimo. Fecit ſedechias malum in oculis domini, nec erubuit faciem Hie
remiæ ad ſe loquentis ex ore domini. Sequitur. Sed & vniuerſi principes ſacerdotum & populus (dum e-
nim caput ægrotat, &c.) Præuaricati ſunt inique, iuxta vniuerſas abominationes Gentium, & polluerunt
domum domini. Mittebat autem dominus ad illos per manum nuntiorum ſuorum de nocte conſurgens,
& cotidie commonens, eo ꝙ parceret populo & habitaculo ſuo. Sequitur. At illi ſubſanabant nuntios
Dei, & parui pendebant ſermones eius, illudebantque prophetis, donec aſcenderet furor domini in popu G
lum ſuum, & nulla eſſet curatio. Vnde traditi ſunt gladio regis Chaldæorum. Vide textum. Quare tantũ
malum? Quia naſo ſuſpendebant nuntios Dei. Qui autem acceperit ſi quem miſero (quod ad conſolatio-
nem apoſtolorum dicitur) me ſuſcipit, & cætera. Cœnantibus autem illis, accepit Ieſus panẽ,
& gratias agens, Gratias agit pro terminatione paſche veteris benedixit, ac fregit, deditque
diſcipulis ſuis, & ait. Accipite, & comedite. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis
detur, hoc facite in meam commemorationem, iuxta Lucam. Similiter & calicem poſt ꝙ
cœnauit (accipiens) gratias egit, & dedit illis dicens. Accipite & bibite ex hoc om-
nes. Hic eſt enim ſanguis meus (qui eſt) noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in
remiſſionem peccatorum, hoc iuxta Matthæum, Marcus, hic eſt ſanguis meus noui teſta-
menti, ſignificat autem teſtamentum quod condunt morituri: qui pro multis effundetur. Lucas: H
hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur. Credide-
rim ego ꝙ ſicut vnum calicem communem omnibus tradidit, ita in vna patina panem in. 12. particulas fra
ctum manibus ſuis tradiderit. Sic ergo propinquiores Chriſto de manu eius acceperunt patinam & remo-
Num. 21. tioribus porrexerunt. Hinc vſus patenæ in eccleſia introductus eſt. Principio illud requiritur, ſi cœnanti-
bus apoſtolis, hoc eſt iam ſaturis (ac dicentibus, iam anima noſtra nauſeat ſuper paſchate hoc leuiſſimo,
quod cum amaritudinibus iubetur manducari) paſcha ſuum ſumendum tradidit, quare. S. mater eccleſia
oppoſitum ſtatuit, niſi a ieiunis communicari non poſſe, non licere omnino. Sed ratio ad hoc euidens eſt.
Illic enim veteri phaſe & paſchali agno nouum ſucceſſit & æternum, quod ſtatuit deus, non homo, imo
deus homo, dicente domino: Ego ſum alpha &. O. Hoc eſt ego qui principium ſum noui teſtamenti, quod
Pſal. 39. meo firmatur ſanguine, ſum & qui finem impono & ſilentium veteri. Abſtulit igitur phaſe vetus dicẽs, I
hoſtiam & oblationem noluiſti, holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti, tunc dixi, ecce venio. Ve-
nit paſcha nouum, & ſublatæ ſunt e menſa ſi quæ reliquiæ ſuperfuerant ex agno, vt igne combureren-
tur. Exod. 12. Item illud. Dies veniunt & conſummabo ſuper domum Iſrael & Iuda teſtamentum no-
uum. Hebr. 8. Dicendo autem nouum, abrogauit vetus. Nos autem quibus noua facta ſunt omnia, im-
pranſi ſacramentum participamus, quia huic nouo & æterno ſacramento nullum aliud ſuccedet, quia no-
Matth, 28. biſcum erit dominus Ieſus in iſto myſterio vſque ad conſummationem ſæculi. Cœnantibus igitur diſci-
Gene. 22. pulis, priuſquam agnus Dei imponeretur ſtrui lignorum, ſicut alter Iſaac & poſt illum aries, ſeipſum ſuis
Chryſoſt. tradidit in edulium, tanquam abſentiæ ſuæ ſolatium ſingulare, alentis vberibus pignora ſua non ſuſti-
Eſai. 49. nens ali, quod faciunt parentes multæ. Sed ſi mulier oblita fuerit vt non miſereatur filio vteri ſui: Ego
Num. 13. tui nunquam obliuiſcar. Priuſquam inquam botrus ille qui allatus eſt a duobus e terra promiſſionis
(Maria & Ioſeph) calcandus traderetur Gentibus, ne vel vnicam guttam perire contingeret ſangui- K
nis ſui, qui totus effundendus erat in remiſſionem peccatorum multorum, ipſum botrum ipſe miro quo-
dam modo expreſſit in poculo immortalitatis, & tradidit pullis ſuis dicens, hic calix eſt nouum teſta-
mentum in meo ſanguine. Pridie igitur quam pateretur, in ipſo profectionis articulo tradidit eccleſiæ
ſuæ hoc memoriale perenne mirabilium ſuorum, miraculorum a ſe factorum maximum, figurarum
veterum impletiuum. In nocte inquit apoſtolus qua tradendus erat. Sicut autem memoriæ noſtræ
Chryſoſt. (inquit Chryſoſto.) ea potiſſimum verba mandamus, quæ nos audire contigit a parentibus vita fun-
ctis, ac defunctorum hæredes ſiquid præter eorum mandata temere committere audent, imperia ex-
citare ſolemus, ac dicere, reuocare in memoriam atque aduertere, vobis hanc a patre vocem vlti-
mo emiſſam, hæc ab eo iam iam morituro vobis fuiſſe mandata, ita Paulus plenos nobis cuiuſdam
honoris ſtimulos addere cupiens, recordamini inquit, quod in nocte qua tradendus erat in mor-
tem, hæc ab eo inſtituta ſunt myſteria fidei noſtræ. Dedit autem multis vnum corpus, vt vnita-
tem

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

tem ſignificaret, iuxta illud, immolabit eum multitudo filiorum Iſrael ad veſperam. Sed cum præceſſe-
rit, tollat vnuſquiſq; agnum per familias, atque ita tot agni aſſumendi eſſent vel hædi, quot erant fami-
liæ Iudæorum, quomodo infert, immolabit eum multitudo filiorum Iſrael? Quia videlicet multi erant in Exo. 12.
Typo, vnus tantum in veritate. Item ruſſus ſcriptum eſt ad idem. Sin autem minor eſt numerus vt ſuf-
ficere poſsit ad veſcendum agnum, aſſumat vicinum, qui coniunctus eſt domui ſuæ. Gloſa. Quia ſola Figura.
Iudæa non ſufficit ad eſum agni qui tollit peccatum mundi. Domorum ergo coniunctio eſt vnitas fidei.
Oportet enim accedentem ad eſum phaſe noui & æterni credere. Vnde dicitur infra. Hæc eſt religio pha- Hebr. 11.
ſe, omnis alienigena non veſcetur ex eo. Gloſa. Infideles a participatione tantorum myſteriorum exclu-
dit. Et infra Seruus Empticius circuncidetur. Gloſa. In baptiſmate, & ſic comedet. Et infra in vna domo
A comedetur, nec efferatis de carnibus eius foras. Gloſa. Hæc eſt eccleſia, extra quam nec Iudæi nec pagani
nec heretici poſſunt comedere. Iudæi non, quia diuiſi ſunt in decẽ, & duas tribus. Heretici ſi comederint, 1. Cor. 11.
iudicium ſibi manducant, Pagani comedere non poſſunt, quia extra domum ſunt, ideſt quia non credũt.
Sicut igitur circũciſio vnitatem faciebat apud Iudæos, ita fides apud Chriſtianos, ſine qua omnis homo
extra eccleſiam eſt. Et infra. Eadem erit lex indigenæ & colono, quia non eſt perſonæ reſpectus apud deũ.
Val. Max. lib. 2. cap. 1. De inſtitutis antiquis. Conuiuium etiam Romani ſolemne inſtituerunt, idq; cha-
riſtiam appellauerunt, cui præter cognatos affines nemo interponebatur, vt ſiqua inter neceſſarias perſo-
nas querela eſſet orta, apud ſacra menſæ & inter Hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis
tolleretur. Hoc dicit textus, in vna domo comedetur. Chriſtus autem Ieſus quia menſam ſuam omnibus
voluit eſſe communem (Luc. 14.) conuiuium ſuum non chariſtiam ſed euchariſtiam voluit appellari.
Prætermitto ꝙ Iudæi agnum immolabant, Chriſtus autem panem & vinum, agnum qui tollit peccatũ
B mundi. Habes igitur, quare vnum corpus dedit multis. Quid autem panem iam cõſecratum fregit in par-
ticulas. 12. Singulis ſingulas tradens (ita dicit Gabriel licet aliter videantur ſonare verba euangeliſtarum) Gabriel.
illud ſignificauit, ꝙ oblatus eſt quia ipſe voluit. Eſai. 53. Nam quod lex dicit, os nõ comminuetis ex eo, in-
ferius exponetur. Quod autem corpus tradidit ſub alia ſpecie, fidei locum dedit. De hoc habes Num. cap.
4. Cum inuoluerint filij Aaron ſanctuarium & omnia vaſa eius in commotione caſtrorum, tunc intra-
bunt filij Caath vt portent inuoluta, & non tangent vaſa ſanctuarij, ne moriantur. Et infra. Aarõ & fi- Figura.
lij ſui intrabunt tabernaculum, ipſiq; diſponent onera ſingulorum, & diuident, quid portare quis debeat.
Alij nulla curioſitate videant quæ ſunt in ſanctuario, priuſq; inuoluantur alioqui morientur. Quæ ver- 1. Cor. 13.
ba exponit Paulus dicens, Videmus nunc per ſpeculum, &c. Inuoluuntur autem vaſa ſancta a ſacerdoti-
bus, quia illis ſolis dicitur, hæc quoties feceritis, &c. Portantur autem in humeris a Leuitis ſed inuoluta,
C quo videlicet ea magis actu operum ꝙ ſcientiæ reuelatione cognoſcant. Vnde eccleſia verbis domini ſa-
pientiſsima prouidentia adiecit duo verba videlicet myſterium fidei, quæ ita exponit Gabriel. Secretum Gabriel.
fidei hic continetur, quomodo videlicet morte Chriſti mors mortua eſt, victa eſt, teſtamentum nouum ra-
tum, vetus abrogatum, hereditas promiſſa actu acquiſita. Dicitur etiam ſacramentum hoc myſteriũ, ideſt
obiectum fidei. Nullum enim cæterorum ſacramentorum continet realiter id quod figurat præter hoc, cæ- Gabriel.
tera ſunt dum fiunt. Sunt autem in hoc ſacramẽto quædam ſecundũ naturam, quędã ſupra naturam, quę-
dam ſupra intellectum & naturam, quędam ſupra naturã ſed non ſupra intellectum. Secundum naturam
ſunt accidentia, color olor, ſapor, pondus. Supra naturam accidentia ſine ſubiecto, ſed hoc non eſt ſuper
intellectum, quia abſtrahentium non eſt mẽdacium. Supra naturam & intellectum, quia ibi eſt Chriſtus,
quantus eſt in cælo, ſed non modo quantitatiuo, hoc eſt non partium extenſione licet partium colligantia
ſed hoc credendum eſt, non diſcutiendum, dicente domino, hoc eſt corpus meum. Quomodo autẽ nutriãt
accidentia deſinente Chriſto eſſe ſub accidentibus, & verum redeat ſubſtantia actione diuina, vide do- Gabriel.
D ctorẽ noſtrum in. 4. diſtin. 12. q. 6. Gabriel lectione. 41. L. Conſecratur in pane, quia corpus aſſumpſit, in
vino, ideſt ſanguine, quia animam accepit. Sanguis enim iuxta Philoſophus ſedes eſt animæ. Ita ſignifi-
catur per hoc myſteriũ, ꝙ liberamur in anima & corpore per mortẽ eius quã hoc myſterio repręſentamus.
Accepit igitur dominus Ieſus panem, & benedixit verbis cæleſtibus, Non enim intelligendum eſt, ꝙ edi-
to ſigno crucis ſuper panẽ, benedixerit, tũc enim crux maledictũ quoddã erat, nõ benedictionis Symbolũ.
Benedixit igitur panẽ dicẽs, hoc eſt corpus meum, accipite & comedite. Cũ ergo dicit, hoc eſt corpus meũ
quod pro vobis datur, iuxta Lucã, hoc facite in meam commemorationẽ agni paſchalis cultum abſtulit, & Figura.
mortis ſuæ ingeſsit memoriam mentibus ſuorum. De agno paſchæ ita ſtatuit lex. Tollite agnum, ſed abſ- Eſai. 53.
que macula: Et ille eſt quem Abraam in Typo immolauit, Gene. 22. Ioannes oſtendit. Ioan. 1. Qui tan-
quam ouis ducetur in hoc phaſe. Iuxta numerum animarum quæ ſufficere poſſint ad veſcendum illum.
E Quibus verbis oſtenditur ꝙ cibus hic animæ nutrimentum eſt, non corporis. Sed ſi agnus deſit, capiatur
hędus. Chriſtus quidem ſine peccato concipitur a matre immaculata, tamen de peccatoribus multis natus
eſt. Matth. 1. Vnde Iacob hędinis pellibus contexit manus & collum, vt principem mundi falleret. Tu igi- Gene. 27.
tur ſi indumẽta quibus Iacob illuſit patri aſpicias, Eſau videtur. Sin manus & collum, hędum præſe fert, Figura.
ſi voci adhibes aurem, Iacob eſt, ſi ad myſterium fidei, ipſe eſt paſcha noſtrum, ipſe & ſacerdos qui ſe-
ipſum fert in manibus ſuis, dicens, hoc eſt corpus meum. Nam Iſaac venationem putabat, ſed falleba-
tur. Fallebantur omnes ſenſus Iſaac, oculi quia cæcus erat: Manus quia Eſau putabat ſe tangere, qui
tamen aberat. Guſtus, quia venationem opinabatur, quod comederat, cum eſſet hædina Caro. Odo-
ratus, quia odorem agri putabat, quod erat odor veſtimentorum Eſau. Auditus quidem non eſt fal-
ſus in Iſaac, verum ſi aſpicias ad ſacramentum corpus Chriſti, ibi etiam & ſenſus auditus decipitur. Ni- Figura.
hil enim aliud audis, quam hoc eſt corpus meum, verum ibi deus homo eſt, iuxta quod prędicat & cre-

 dis fides.

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

dit fides. Dixit autem Iſaac cæcus ad Iacob velatum veſtibus valde bonis (Deus homo) & pellibus hędi-
nis (accidentia in ſacramento altaris) quomodo tam cito inuenire potuiſti fili mi? Voluntas Dei fuit. Po-
tentia enim Dei hoc conficitur ſacramentum, in vltima prolatione verborum, & ideo valde cito & fere
incomprehenſibiliter, adiuncta tamen fide & intentione ſacerdotis, alias nihil conficiet, quia iuxta cle-
Clemens. mentem in omni [illegible]cramento requiritur intentio miniſtrantis. Vnde Aaron viuens deponitur a ſacerdo-
tio quia incredul[illegible] fuit. Num. cap 20. Si requiras Chriſtus in ſacramento quem ordinem tenet, dicitur q
ſi locum reſpicias ſp[illegible]cierum, totus eſt in qualibet parte hoſtiæ, ideo fractio non fit in re ſacramenti, ſed in
ſpeciebus tantum. H[illegible]bet tamen partem extra partem, ſi reſpicias oculis mentis partes intrinſecas corporis,
Prou. 25. ſed ſcrutator maieſtatis opprimetur a gloria. Diximus, quare deficiēte agno, aſſumit hædus. Quod ſangui
Canti. 8. ne vngātur ſuperliminaria, illud ſignificat, in mei memoriā facite. Vnde illud, pone me ſicut ſignaculū nō
Leui. 11. in foribus, ſed in corde. Animalia enim quæ non ruminant, immunda ſunt. Athanaſius. Si defuncto pa-
Athanaſi9 renti tam patentares perc[illegible]ſus ſane conſcientiam fores, niſi legitima quæq; & celebrandis funeribus con- F
ſueta perficies. Sicut enim e[illegible] dominum pupugerunt, non potandi gratia pupugiſſe conſtat, ſed vt de eius
morte certiores fierent, ſic [illegible] qui mortem huius teſtatoris indigne recolunt, vngentes non frontes ani-
mæ ſed occipitia, vt [illegible] quod in prima parte animæ ponere debuerunt vt ſemper occurreret, ibi po-
ſuerunt, vbi cito in ignorātia[illegible]rteretur. Tu igitur Ephraim in mei memoriam vnge memoriam tuam
intellectum & voluntatem, & [illegible]memor eſto, quomodo hora tranſitus mei, tui memor fuerim, a leua inde-
Gene. 48. xterā transferens, cancellatis manibus. Iure humano maior, iure diuino melior. Ita eccleſia in hac nocte
Deuter. 28. prapoſita eſt ſynagogæ, & ſynagoga ex capite in caudam verſa. Sequitur. Comedetis carnes noctu, &
Gregorius aſſas tantum. Gregorius. Nocte comedimus, quia modo in ſacramento corpus dominicum accipimus,
Leui. 6. quando adhuc inuicem conſcientias noſtras non videmus. Nocte comedimus, quia per fidē ambulamus.
Exo. 16. Hanc noctem cæcitas figurabat Iſaac. Aſſæ comeduntur, illo igne qui iubetur ſemper ardere in altari cor G
Gene. 18. dis noſtri. Alias iudicium ſibi manducat, qui nec feruidus accedit vel ſaltem calidus, crudū comedens ve-
lut Lupus, aut coctum more Iudæi, qui olim ſedebat ad ollas carnium. Vnde & tres viri illi beati ſuſcipiē-
di ad conuiuium tenerrimi vituli, in feruore diei veniſſe referuntur. Non inquit comedetis crudum, quod
iuxta litteram in conſequens videtur & abſurdum. Tamen iuxta myſterium illud dicimus, non raros eſſe
ſacerdotes Dei qui Iudæ imitatores, ſtomacho omnino indigeſto (eſto mecum quid intelligam) veſcantur
1. Cor. 11. de carnibus agni, de quibus Paulus, idcirco apud vos multi ſunt valetudinarij, & dormiunt multi, atque
1. Reg. 10. vtinam in pace Chriſti, quia non probauerunt ſeipſos, quorum de numero erant filij Eli. Comedetis &
Gregorius azimos panes. Gregorius. Quia ſola redemptoris noſtri ſacramenta percepta, ad veram ſolemnitatē men
tis non ſufficiunt, niſi bona opera iungantur. Sunt & carnes crudæ inconſiderata & ſine reuerentia co-
gnitionis relicta illius diuinitate, humanitas. Sed agni Caro nec cruda comedēda eſt, nec aqua cocta, quia H
redemptor noſter nec purus homo exiſtimandus eſt, nec per humanam ſapientiam qualiter deus incarna-
re potuit, cogitandus. Aſſas ergo agni carnes comedet, vt diſpenſari omnia per ſpiritus ſancti potentiam
credat. Iuxta hiſtoriam carnes aſſæ & citius præparantur, & iter aggredientibus vtiliores ſunt quia leuio
res. Cum lactucis agreſtibus lactucæ iſtæ amaræ memoriam præfigurant omnium quæ Chriſtus paſſus
eſt ab ea hora qua ſeceſſit in montem oliuarum, quo vſq; dixit, conſummatum eſt. Caput cū pedibus &
inteſtina vorabitis. Capitis nomine diuinam naturā intellige, dicēte Paulo, caput Chriſti deus 1. Cor. 11.
Ioan. 19. Pedes eius forma eſt ſeruilis, vtrūq; voramus, cum veſtigia Chriſti amando & imitando perquirimus.
Inteſtina vero ſunt occulta eius mandata, quæ voramus, cum auide implemus. Iuxta myſticū ſenſum ca-
put eſt deus, pedes Caro, inteſtina anima eius beatiſsima, & hæc tria ſunt ſata tria, quæ commiſcuit ſara,
ex quibus fecit ſubcinericios panes, ideſt ſecretos. Eſt enim ſecretum ſecretorum ſacramentū corporis Chri I
Gene. 18. ſti. Vnde & ſacramentum hoc in tres partes diuiditur, quarū prima ſignificat iuxta Thomā. 4. diſt. 12. q. 1.
Thomas. Diuiſionem corporis eius in paſſione ab anima, pars altera diſtributionē donorum eius in eccleſia. Tertia
pars triplicem ſtatū animarum eorū qui prędeſtinati ſunt ad vitam. Nō remanebit quicq; ex eo vſq; ma-
ne. Sacramentū enim hoc tamdiu erit in vſu, quamdiu perueniatur ad terrā promiſſam. Vnde q̄ primū Iu-
dęi guſtarunt de fructibus terræ promiſſæ, ceſſauit vſus mannatis. Ioſue. 5. Siquid reſiduum fuerit, igne
Exo. 3. comburetis, quod tunc facimus, quando quod de myſterio corporis eius penetrare non poſſumus, vultum
1. Reg. 21. cū Moſe velantes, id poteſtati ſpiritus ſancti reſeruamus, vt nō ſuperbe quis audeat contēnere quod non
intelligit. Sic autē comedetis illum. Renes veſtros accingetis. Vnde illud, ſi mundi ſunt pueri, & maxime a
mulieribus, poterunt veſci de panibus propoſitionis. De hoc precepto ipſi ſacerdotes ſunt rogādi. Nā cum
1. Cor. 7. apoſtolus dicat, qui habēt vxores, tanq̄ non habentes ſint, multi illorū cum vxores non habeant, copio- K
ſiora paſcunt domi examina filiorū q̄ multi ex vxoratis viris, videntibus, & conſentientibus, quorū in-
tererat vindicare. Itaq; ſi mūdi ſunt pueri ſi accincti ſunt renes eorū, veſcantur de panibus propoſitionis,
1. Cor. 4. veſcātur de carnibus agni. Cæterū a volente cōmunicare panē vitæ æternæ multo maiora requirit Pau-
lus dicens, probet autem ſeipſum homo, vt quantum conijectare licet, adhibita diligenti examinatione, di-
cere poſsit cum Paulo, nihil mihi conſcius ſum. Et calciamenta habebitis in pedibus. Calciamenta in pe-
Pſal. 18. dibus habere eſt mortuorum vitam conſpicere, & noſtra veſtigia ad eorum exemplum recta facere, & ma
Prouer. 30. xime illius ſequendo greſſus qui exultauit vt gigas ad currendam viam, adeo vt in petra illa ſerpens ve-
Actu. 7. ſtigia nulla impreſſerit. Dictum eſt de Abraam, quod nec veſtigium pedis accepit in terra, ſemper vi-
Ioan. 20. uens tanquam aduena & viator, qualeſque erant qui in exitu de Aegypto iubentur calciamenta por-
Gene. 17. tare. Tenentes baculos. Baculus viatoribus neceſſarius eſt, ipſe eſt fides de qua dicitur, Beati qui
non viderunt, & crediderunt: Beati qui aliud viderunt & aliud crediderunt. Vnde Iſaac cæcus
poſtquam

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

poſtquam rei veritatem agnouit, & quomodo impoſuerit ei filius ſuus Iacob, expauit ſtuporē vehementi, & vltra quam credi poſsit admirans ait. Quis eſt ille qui dudum, & cætera. Admiratur igitur fidelis quiſque tanti myſterij magnitudinem, & adeo non fert moleſte ſe fuiſſe deluſum, vt potius innitens baculo fidei, confirmet factum filij & verba ſua dicens, benedixi ei, eritque benedictus. quis? Fructus ventris immaculati, quo paſcimur in hoc ſacramento, de quo dicitur conſequenter, & comedetis feſtinanter. Mandata Dei cum feſtinatione implete: quia quod hodie licet bene agere ſcimus, vtrum licebit cras ignoramus, feſtinanter ergo comedite, id eſt ad ſolemnitatem patriæ cæleſtis anhelate. Nemo in huius vitæ itinere torpeat, ne in patria locum perdat. Grandis enim nobis reſtat via, de qua dicitur, comedit & bibit, 3. Reg. 19. & ambulauit in fortitudine cibi illius (panis videlicet ſecreti myſterij fidei) quadraginta diebus 3. Reg. 19.

A & noctibus totidem vſque ad montem Dei Oreb. Myſterium fidei. Per fidem enim attingimus ad interiora, etiam contradicente ſenſu. Nam exteriora quæ de ſenſibili mundo, negant conſtanter ea quæ ſunt fidei. Ideo ibi fides habet meritum, vbi non ſolum non eſt experimentum adiuuans fidem, ſed quicquid videtur reſiſtit credulitati. Cuſa. Vnde & illud: Caro & ſanguis non reuelauit tibi. Si igitur viaticum eſt, ne tu cum Helia ſtertas ſub iunipero, ne ex via & diuerſorio patriam facias, ſed tranſi feſtinanter, quamdiu patet via in mari rubro, Exo. 14. ne ſi ſerus perueneris, inuoluaris a fluctibus inter Aegyptios. Eſt autem videre multos tam ex plebe quam ex his qui ſacerdotum nomine cenſentur, qui adeo feſtine accedunt ad menſam ſummæ ac veræ pacis, ac ſi a tergo inſtet Pharao. Sed tu vide Iudam feſtinantem ad laqueum, quia ſtomacho crudo & impræmeditatus acceſsit ad paſcha noſtrum, de quo dicitur: Eſt enim phaſe. Iſti ſunt qui dicunt, anima noſtra nauſeat ſuper phaſe iſto. Sed ſi nauſeant, quare accedunt, nemine cogente? conducti accedunt denarijs. 30. Prudens lector audi, vide & tace. Iſti ſunt animalia illa quæ non rumi- Num. 11. Sicut Balaam. Leui. 11.

B nant, ideo iuxta legem immunda ſunt. Terendum eſt igitur hoc manna in mortario memoriæ (Num. 11.) quod ſi facias, ſenties intus conditum omnem ſaporem ſuauitatis, quia in Chriſto inhabitat omnis plenitudo diuinitatis. Dicamus aliter iuxta Fabrum. Comedetis feſtinanter, feſtinato enim capitur & crucifigitur. Tenentes baculos, cum facibus & armis: ad veſperam, quia tenebræ factæ ſunt ſuper terram circa horam nonam. Erit maſculus agniculus, quia Chriſtus in flore iuuentutis immolatus eſt. Vniuerſa multitudo immolet eum, quia omnes clamauerunt, crucifigatur, reus eſt mortis. Matth. 26. Vngite ſuperliminaria, ea ſunt brachia crucis & caput Chriſti. Nocte veſcuntur, quia tenebræ fuerunt fere toto tempore quo Chriſtus pependit in cruce. Lactucæ agreſtes fel ſunt & tædium Chriſti, & apoſtolorum triſticia, & lachrymæ mulierum de quibus Lucas. cap. 23. Nihil crudum, quia a planta pedis vſque ad verticem, totus igne paſsionis decoctus eſt. Non coctum aqua, non alio genere mortis, quam ligno cruce affixus. Caput cum & inteſtinis vorada caput ſpinis, manus & pedes clauis, interiora lancea eſt rimata. Nihil efferetis foras, Faber. Eſai. 53.

C quia Chriſto in cruce nec oſſa ſunt ablata, nec Caro abſciſſa. Reſiduum igne comburetis, quia non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Os non comminuetis ex eo, quia non comminutione oſsium ſed liuore eius ſanati ſumus. Eſai. 53. Oſſa quidem eius in cruce dinumerata ſunt, non confracta, Pſal. 21. Quia tertia ſurrecturus erat. Habes de agno paſchali quid lex ſtatuerit, in Typo & myſterio agni qui tollit peccatum mundi, qui loquitur ad ſuos, accipite, quia hoc reuera eſt corpus meum. Itaque & vos diſcipuli mei, hoc eſt corpus meum, accipite, & comedite. Agnus quidem phaſe veteris propter vos præparatus eſt, qui eſtis ſub lege, paſcha autem nouum propter me, vt cum Aſſuero oſtenderem gloriam & potentiam regni mei. Eſter. 1. Tamen vtrique vtriuſque paſchatis participes erimus. Quia ergo in hac nocte rex regum ſecum erat cœnaturus, id eſt ipſe futurus erat prandium & conuiuium, ideo huiuſmodi menſa parata eſt. Vnde dicit hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem, iuxta Lucam. Quo verbo ſacerdotes eos inſtituit iuxta ordinem Melchiſedec, de cuius ſacerdotio pauca ſubijciemus. Hiero- Pſal. 15. Hiſtoria.

D nymus. Autores omnes qui de Melchiſedec ſcripſerunt, in hoc vnum conueniunt, hominem Chananæum fuiſſe regem vrbis Hieroſolymæ. Nec mirum ſi ſacerdos Dei altiſsimi deſcribatur abſque circumciſione & legalibus ceremonijs & genere Aaron, cum Abel Enoc & Noe placuerint Deo. Et in Iob legimus, quod ipſe fuerit ſacerdos, pro filijs cotidie offerens hoſtias. Ordinem autem eius multis modis interpretatur, quod ſolus rex fuerit & ſacerdos, & ante circumciſionem functus ſacerdotio, vt non Gentes ex Iudæis, ſed Iudæi a Gentibus ſacerdotium acceperint, vendente illud prophano Eſau. Nec vnctus oleo ſacerdotali vt Moſi præcepta conſtituunt, ſed oleo exultationis & fidei puritate. Nec carnis & ſanguinis victimas immolauerit, ſed pane & vino puro ſimplicique ſacrificio Chriſti ſanguinem & ſacramentum dedicauerit. Hebræi autem tradunt, hunc eſſe Sem primum filium Noe, & eo tempore quo loquutus eſt, fuiſſe annorum. 390. Qui & ratione deducta, dicunt eundem Sem ſuperuixiſſe ab nepoti ſuo Abraæ decimi gradus annis quinque & 30. Hierony. Gene. 15.

E Simulque tradunt Hebræi, vſque ad ſacerdotium Aaron omnes primogenitos de ſtirpe Noe ſacerdotes fuiſſe, & hæc eſſe primogenita, quæ Eſau fratri ſuo vendiderit. Gene. 25. Habes de ſacerdotio Melchiſedec. Quam autem puritatem lex requirat in ſacerdotibus vide Leui cap. 21. Verum obſerua quod omnia illa quæ ibi requiruntur a ſacerdotibus ad munditiem corporis pertinent, ſicut patet intuenti, ne ſit cæcus vel lippus, &c. & ratio eſt, quia ſacerdotes illi neceſsitate erant ſacerdotes & iure hereditario. Sacerdotium Chriſti voluntarium eſt, ideo alia puritas requirit in ſacerdotibus euangelicis. De quo qui edoceri velit legat Paulum ſcribentem ad Timotheum. 1. cap. 3. Ibi, oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, &c. Sed quid neceſſe eſt legere cætera, cum hoc vnico verbo, irreprehenſibilem, omnes virtutes incluſerit: Talis inquit vt vel Momo ipſi poſsit ſatisfacere. Talis tantarumque virtutum, vt ſemper appareat excelſior cælis, ſequeſter hominum & Dei, ac carnes agni & ſanguinem ſacro ore conficiens, cui dicitur, in mei memoriam facite. Dicamus de ornatu ſacerdotali aliquid de mente Hieronymi. Ex quo quidem tempore eccleſia vtatur his ſacris veſtibus, non dum certo no- ſacerdotes Hierony.



ui. Chri-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ul. Chriſtus enim dominus communibus veſtimentis inſtituit ſacramentum corporis ſui, & iuxta Sabel-
Sabellicus licum prius inſtituit paſcha ſuum, q̃ pedes lauaret apoſtolorum. Eſt igitur prima veſtis ſacerdotalis fœmi-
nalia tegentia corpus ab vmbilico vſq; ad poplites, Exo. 28. Hanc Ioſephus refert fuiſſe de byſſo retorta,
Maſchiaa. texta, poſt inciſa, acu conſui. De hoc dictum eſt ibi, renes veſtros accingetis. Ergo & hoc loco quod pri-
Gene. 3. mum lex requirit in ſacerdote caſtitas eſt, quia id primum fecerunt parentes noſtri poſt peccatum, pudenda
velare. Secunda veſtis eſt poderis, ideſt talaris, duplici ſindone, & latinis dicitur tunica, ſtrictis manicis &
corpore, ita vt nulla ruga veſtis ſit in corpore, ſicut camiſiæ bellantium. De hac Paulus, induite vos ſi-
cut electi Dei viſcera miſericordiæ. Collo. 3. Et illud ex Iob. Quia ab infantia mecum creuit miſericordia
Cap. 31. vel miſeratio. Et illud, Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem: quomodo intellexit S. Martinus
Pſal. 40. vel bonus ille Samaritanus. Luc. 10. Tertium indumentum nos baltheum ſiue zonam vocamus, hoc eſt
cingulum in ſimilitudinem pellis colubri quam exuit. Eſtq; in rotundum contextum quatuor digitorum F
latitudinis, vt marſupium longum putes. Textum eſt ſubtegmine cocci purpuræ hyacinthi, & ſtamine
byſſino ob decorem & fortitudinem, atque ita Polymita arte diſtinctum, vt diuerſos flores ac gemmas
artificis manu non textas, ſed aſſutas arbitreris. Lineam tunicam ſupradictam inter pectus & vmbilicum
hac aſtringunt zona vel cingulo. Hoc cingulo colligatur noſter Samſon, & Iſaac immolandus, & agnus
Dei flagellandus, & quando dictum eſt ecce homo. Ioan. 19. Quartum indumentum eſt Pileolum rotun-
dum quaſi ſphera media. Hoc Græci & noſtri Tiaram appellant. Non habet acumen in ſummo, nec to-
tum vſque ad comas caput tegitur, ſed tertiam partem a fronte in opertam relinquit, atq; ita in occipitio
vitta conſtrictus eſt, vt non facile labatur ex capite, eſt autem byſſinum. Pro hoc ornamento ſacerdotes
acceperunt tonſuram, de qua S. Thomas. Abijcere temporalia contingit bifariam, vel propter contempla-
S. Thom. tionem æternorum, & hoc ſignificat capitis vertex deraſus. Vel ne ſenſus implicentur in eis, ſicut dicitur, G
curam carnis ne feceritis in deſiderijs, & hoc ſignificatur per coronam, ideſt per capillorum non eradica-
Rom. 13. tionem, non vſque ad cutem attonſionem, ſed præciſionem. Accepit autem dominus Ieſus coronam ſpi-
narum, vt coronaret ſuos ſerto duodecim ſtellarum. Apoc. 12. Hæc quatuor ornamenta communia erant
omnibus ſacerdotibus. Prima veſtis pontificis tunica talaris eſt, tota hyacinthina, ex lateribus eiuſdẽ co-
Exo. 28. loris aſſutas habens manicas. In ora veſtis huius, 72. ſunt tintinabula, & totidem mala punica vnum tin-
tinabulum, & inter duo tintinabula vnum malum punicum, vt cum ingreditur pontifex ſanctũ ſancto-
rum, totus vocalis incedat, moriturus ſi hoc non fecerit. Tanta enim debet eſſe ſcientia & eruditio ponti-
ficis, vt & greſſus eius & motus vniuerſa vocalia ſint. Vulgus tamen ſacerdotum inquit Hieronymus, ad
Hierony. cætera muti, nil tinniunt, niſi de decimis accipiendis, & magna pars nihil de iure pontificio dedicit, niſi du-
plices deberi decimas prædiales & perſonales. Hæc ſacerdotibus loquitur Hieronymus ſuper tintinabu-
lorum pontificalis veſtis expoſitione, quæ tamen illi nihil aliud putabunt q̃ ſine capite fabulam. Sextum H
indumentum eſt ſuperhumerale, Hebraice Ephod. Auri bracteæ mira tenuitate tunduntur, ex quibus fa-
Ephod. cta fila torquentur cum ſubtegmine trium colorum hyacinthi cocci & purpuræ & cum ſtamine byſſino,
& efficitur palliolum miræ pulchritudinis, perſtringens fulgore oculos. Contra pectus nihil contextũ eſt,
& locus futuro rationali derelinquitur. Sed in vtroq; humero habet ſingulos lapides clauſos, & in ſingu-
lis lapidibus ſena patriarcharum nomina, in dextro maiores in ſiniſtro minores, vt pontifex ingrediens ſan-
ctum ſanctorum, nomina populi pro quo rogaturus eſt, ante dominum portet in humeris. Vnde illud
Oſee. 4. Sacerdotes peccata populi comedent. Id quomodo intelligant, ipſi ſacerdotes ſunt interrogandi:
ætatem enim habent. Pro hoc ſuperhumerali Chriſtus crucem portauit, & peccata noſtra, ſicut habes in
typo Leuit. cap. 16. De quo alias dictum eſt. Septimum indumentum eſt quidem menſura paruũ, ſed om-
nibus ſupradictis ſacratius, & vocatur rationale. Pannus eſt breuis, ex auro & quattuor ſupra dictis co- I
loribus textus, habens magnitudinem palmi per quadam, & duplex ne facile rumpatur. Intexti ſunt autẽ
ei. 12. Lapides miræ magnitudinis atq; precij per quattuor anulis ſuperhumeralis, habens & ipſum anulos
totidem, vt veniat anulus contra anulum. In hoc rationali erat doctrina & veritas. Hebraice ha vrim ve
& hatumim, ideſt illuminationem rectitudinem ſiue integritatem, nomen ſcilicet diuinum. Septuaginta
dixerunt, ideſt deloſin Ke allethian, declarationem & veritatem. His itaque duobus nominibus nomen
R. ſalomõ tetra grammaton intelligendum eſſe aſſerit Rabbi Salomon, dictumq; eo modo exiſtimat, ꝙ ſacerdo-
Hierony. tem illuminaret, doceretq; viam rectam perſequi, & vt ſciret, quid ei foret dicendum. Hieronymus. Vt ve-
ritatem quam corde tenet ſciat ſermone proferre, & docere alios. Vbi ergo ſunt qui innocentiam ſacerdoti
dicunt poſſe ſufficere. Vetus lex nouæ congruit, in qua dicitur, vos eſtis lux mundi, imo vos eſtis cæci du-
ces cæcorum. Matth. 15. Vel dicendum (& hoc verius) ꝙ petitiones viuæ vocis oraculo fiebant, & reſpõ- K
Ioſephus. ſa ſimiliter verbo tenus reddebantur, ſed niſi applicito rationali non dabantur oracula. Ioſephus dicit, ꝙ
in Sardonice qui erat in ſuperhumeralis humero dextro tantus fulgor radiorum apparebat, cum ſacri-
ficia deus acceptabat, vt longe exiſtentibus is lapis mirabiliter lucere videretur. De lapidibus autem ra-
tionalis dicit, quod cum Iudæi exituri eſſent ad bellum, tanto ſplendore lapides illi micabant, vt cunctis
perſpicuum eſſet, Iudæos cum victoria reuerſuros. Dicit tamen fulgorem hunc ceſſaſſe annis ducentis an-
te quam ille libros antiquitatem cõſcriberet. Scripſit autem 50. annis poſt paſſionẽ Chriſti. Vide 1. Mach.
Abulenſis cap. 4. Hucuſque Abulenſis. De tintinabulis ad litteram hæc dicit idem Abulenſis. Appendebantur ve-
ſtimento, vt cum reuerentia templum ingrederetur, ſicut qui domum ingreditur alienam, primo oſtium
pulſat ne irrumpat, dominus domus in ſalutato. Minores autem ſacerdotes nihil tale faciebant. Itaque ſi
angelus erat in priore parte templi, auditis tintinabulis (non ꝙ angelus audiat) abſcedebat. Octauum
ornamentum pontificis erat lamina aurea in qua ſcriptum erat nomen domini quattuor litteris videlicet
Iod.

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Iod. He. Vau. Heth, quod Hebræis ineffabile dicitur, de quo alias diximus. Hoc ſuper pilleolum lineum
& communem omnium ſacerdotum in pontifice plus additur, vt in fronte vitta hyacinthina conſtringa-
tur, totamque pontificis pulchritudinem Dei vocabulum coronet & protegat. Niſi quod multi pro no- 2. Para. 26.
mine domini lepram in fronte portant. De iſtis loquitur dominus Ezech. cap. 44. Sed & Leuitæ qui lon-
ge receſſerunt a me in errore filiorum Iſrael, & errauerunt a me poſt idola ſua, portabunt iniquitatem
ſuam, eruntq; in ſanctuario meo æditui & ianitores portarum domus, & miniſtri domus, & non appro- Hierony.
pinquabunt ad me, vt ſacerdotio fungantur mihi, & portabunt confeſſionem ſuam, qui ſanctum nomen
meum portare debebant in fronte. Cum dicit ſed & Leuitæ, ſacerdotes intelligit. Iſti ergo quia abuſi ſunt
ſacerdotio, fiunt ianitores, vt omnes ingredientes templum & egredientes, videant depoſitos ſacerdotes
& ianitores factos. Hieronymus. Grandis dignitas ſacerdotum, ſed ſi peccant, grandis ruina. Lætemur ad
aſcenſum, ſed timeamus ad lapſum. Non eſt tanti gaudij excelſa tenuiſſe, quanti mœroris de excelſis ceci-
A diſſe. Non enim ſolum pro noſtris delictis rationem reddemus, ſed pro omnium quorum donis abutimur.
Sequitur expoſitio veſtimentorum ſacerdotalium iuxta mentem Hebræorū, referente Hieronymo. Quat- Idem.
tuor itaque colores, quattuor ſunt elementa. Byſſus terram ſignificat, quia de terra colligitur, purpura a-
quam, quia inde ex eius cochleis tingitur. Hyacinthus aeri propter ſimilitudinem coloris, coccus igni &
ætheri, qui Hebraice San dicitur, quod Aquila Iiaphanon, Symachus Iiban[illegible] interpretatus eſt. Et iuſt ĩ
eſſe dicunt, vt pontifex creatoris non ſolum pro Iſrael, ſed pro toto mundo roget, qui ex quattuor elemē-
tis conſiſtit. Vnde primum indumentum terram ſignificat, ſecundum aerem, quia de terrenis paulatim ad
cæleſtia ſuſtollimur. Quod autem ſecunda veſtis vſque ad talos venit indicat aerem a cælo vſque ad ter-
ram diffuſum. Mala punica & tintinabula ſignificant fulgura & tonitrua, ſiue terram & aquam & om-
nium elementorum inter ſe conſonantiam, & ſic ſibi vniuerſa perplexa, vt in ſingulis vniuerſa reperian-
tur. Quod prædicti colores auro inte xti ſunt, id ſignificari volunt, ꝙ diuina prouidentia omnia penetret.
Superhumerale & duos lapides qui in eo ſunt duo hemiſperia interpretantur, ſiue ſolem & lunam quę de
ſuper rutilant. Lineam qua pectus aſtringitur interpretantur mare Oceanum quod terram cingit. Ratio-
nale in medio poſitum terram ediſſerunt, quæ inſtar puncti licet omnia in ſe habeat, tamen a cunctis val
labatur elementis. Duodecim lapides, 12. menſes vel zodiacum interpretantur, & ſingulis verſiculis ſingu-
la aſsignant tempora, vt æſtatem, autumnum, hyemem. Pulchre autem hoc ipſum quod eſt in medio ap-
pellatur rationale, ratione enim cuncta ſunt plena, & terrena hærent cæleſtibus, ideſt rationale ſuperhu-
merali, imo ratio terrenorum & temporum, caloris & frigoris & duplex in vtraq; tempories de cæli curſu
& ratione deſcendit. Quod autem dicitur ꝙ erat in rationali allethia & diloſis, ideſt manifeſtatio & ve
ritas, ſignificat, ꝙ nunquam in Dei ratione mendacium ſit, ſed ipſa veritas multis rationibus & argumen
tis monſtratur hominibus, vt rationem omnium agnoſceremus, quæ fecit deus ſuper terram, quia omnia Pſal. 130.
in ſapientia fecit. Super omnia cidaris & vitta hyacinthina cælum monſtrat, & auri lamina cui in fronte
pontificis nomen Dei ſcriptum eſt, vniuerſa quę ſubtus ſunt Dei arbitrio gubernari. Iuſtum ergo erat, vt
pontifex Dei creaturarum omnium Typum portans, in veſtibus ſuis iudicaret, omnia egere Dei miſeri-
cordia, & cum ſacrificaret ei, expiaretur omnis conditio, vt non pro liberis parentibus & propinquis, ſed Colloſ. 1.
pro cūcta creatura & voce & habitu precaretur. Quod tamē verius impletur in eo, cuius ſanguine paci-
ficata ſunt omnia, de quo in conſequentibus. De fœminalibus hoc dicunt. Ratio ſeminum ac generatio-
num ad carnem pertinens, terræ per eam deputatur. Terra enim es, & in terram ibis, cauſaſque huius rei
quomodo de paruulo ſemine & de fœdiſsimis initijs tanta vel hominum vel diuerſarum rerum pulchritu-
do naſcatur eſſe obuolutas & humanis oculis non patere. Hæc vti opinor non ingrata erunt vrbano le- Hebr. 9.
ctori, vt ex his ad ſacratiora ipſe manum mittat, perquirens apud ſe quid præ ſe ferat ſacerdotalis ornatus
eius qui penetrauit cælos, ſi tanta myſteriorum profunditas latet in iis quę ſunt exemplaria verorum. Fre-
git igitur dominus panem, ideſt corpus ſuum, vt daret ſuis, dicente Paulo, panis quem frangimus, &c.
D 1. Cor. 10. Quid tamen frangat ſacerdos dictum eſt ſupra. Cæterum cum Chriſtus mortalis adhuc corpus
ſuum impaſsibile tradiderit ſuis, id multo magis nunc verum eſt, quando mors ei iam non dominabitur. Innocētius.
Dicit autem Innocentius referente. A. de Ales, ꝙ tale corpus dedit Chriſtus, quale habuit, videlicet paſ- Rom. 6.
ſibile. Hugo dicit, ꝙ Chriſtus corpus ſuum immortale & impaſsibile dedit ſub ſacramento. Itaque Hu-
go dicens, ꝙ dedit corpus impaſsibile, ſic intelligit, ꝙ paſsibile erat, ſed in ſacramento erat impaſsibile po
tentia diuinitatis. Hoc igitur corpus cum acceperis de manibus Chriſti, memor eſto eadem nocte tibi da-
tum, quo & pedes tuos lauit, & anima eius triſtis fuit ad mortem vſque Matth. 26. Vtrum autem ſacerdos A. Ales.
poſsit conſecrare totum panem qui eſt in foro, quod multi quærunt: Reſpondet. A. Ales. 4. p. q. 54. ar. 5.
Mihi videtur inquit, hoc tamen non aſſero, ꝙ in ſacramento Euchariſtiæ non requiratur intentio ſimpli-
citer, ſed requiritur intentio conficiendi, vt ſumatur in vſum, & hæc eſt intentio eccleſiæ, dicente domino,
Accipite & comedite. Quia igitur ſi aliquis ſacerdos intenderet conſecrare totum panem cellarij, nullo-
E modo conformaret intentionem ſuam intentioni Chriſti, dicimus ꝙ non conſecraret. Dicit & illud, quod
poſſet ſacerdos conſecrare per ſola verba illa, hoc eſt corpus meum, nullis alijs præmiſsis. Verum commu- Hierony.
nicandum ſic cotidie, Hieronymus dicit, id neque reprehendo nec Probo, ſcio Romæ hanc eſſe conſue-
tudinem vt fideles ſemper corpus Chriſti accipiant. Ego autem ipſorum conſcientiam conuenio, qui eo-
dem die poſt coitum communicant. Quare ad martyres ire non audent? Quare non ingrediuntur eccle-
ſias? An alius in publico alius in domo Chriſtus eſt? Probet ſe vnuſquiſq;, &c. 1. Cor. 11. Non ꝙ dilatæ cō-
munionis vnus dies aut biduum ſanctiorem efficiat Chriſtianum, vt quod hodie non merui, cras vel perē-
die merear, ſed ꝙ dum doleo, me non communicaſſe, abſtineā me pauliſper ab vxoris amplexu, vt amori



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

coniugis amorem Chriſti præferam. Appareret autem ex his Hieronymi verbis olim domi ſuæ quemque
August. corpus Chriſti ſumere qui voluiſſet, idq́ fere cotidie. Ad hoc idem Auguſtinus ponit duo exempla Cen-
turionis & Zacchæi, quorum alter dixit, non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, alter gaudens ſuſce
Matth. 8. pit dicentem, in domo tua oportet me manere. Lucæ. 19. Itaque vterq́ pari deuotione Chriſtum adora-
uit, & tamen vnus quaſi repulit a domo ſua, alter domi excepit. Contemptum ergo ſolum non vult hoc
ſacramentum, ſicut Manna faſtidium. Similiter & calicem poſt q̄ cœnauit accipiens, gratias egit, & de-
dit illis dicens. Accipite & bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus, qui eſt noui teſtamenti, vel
Theophy. hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo. Dicit hoc loco Theophyl. Poſitionem mihi quidem
non veriſimilem, q̄ Iudas non glutiuit corpus Chriſti, ſed acceptum abſcondit, vt diceret Iudæis, q̄ panē
corpus ſuum diceret Ieſus. Calicem tamen hauſit quia celare non poterat. Ideo non eſt dictum, comede-
runt omnes, ſed biberunt omnes. Videtur autem dominus his verbis alludere ad verba illa Exo. 24. & ad F
Hebr. cap. 9. Lecto mandato legis a Moſe vniuerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum & hircorū
cum aqua & lana coccinea & hyſopo, ipſum quoq́ librum & omnem populum aſperſit dicens, hic ſan-
guis teſtamenti quod mandauit ad vos deus. Itaque iuxta Paulum vbi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt
intercedat teſtatoris, teſtamentum enim in mortuis ratum eſt. Alias non valet viuente qui teſtatur. Vnde
nec illud prius qualequam ſine ſanguine dedicatum eſt. Vides plane colligi ex verbis Pauli irritari & ab-
teſtamētū. rogari potuiſſe vetus inſtrumentum, quia viuebat qui eum condiderat. Abrogauit autem eum, dicēs, Hic
Hebr. 8. eſt ſanguis meus qui eſt noui teſtamenti. Vnde Paulus. Nam ſi illud prius & vetus culpa vacaſſet, nō vti-
que ſecundi locus inquireretur. Nec enim leuis erat culpa, id eſt imperfectio veteris teſtamenti, q̄ cum al-
ter teſtaretur, deus videlicet, qui legem tulit Iudæis, alter moreretur pro firmando teſtamento, videlicet pe
cora omnigena arietes, oues & præ vituli, &c. Idcirco igitur priores tabulæ confractæ ſunt, vt poſterioris
bus locus eſſet. Feriam inquit domui Iuda teſtamentum nouum. Quid feries o conditor tanti teſtamenti? G
Num vitulam rufam, hircum aut paſſerem? Feriam paſtorem, teſtatorem æterni teſtamenti. Et reuera niſi
Exo. 12. moriturus dominus Ieſus, inter cœnandum vel ante mortem dixiſſet, hic eſt ſanguis qui eſt mei noui &
Hiere. 31. æterni teſtamenti, vetus illud ratum permanſiſſet in æternum. Si requiras quare corpus ſuum non voca-
uit dominus corpus noui teſtamenti, ſicut dixit de ſanguine, patet ex prædictis, quia in ſanguine mors fi-
guratur, cū is ſit animæ ſedes. Eſt igitur Chriſtus conditor noui teſtamenti & veteris abrogator, eſt teſtis
teſtamenti, & teſtamenti præclara hæreditas, cuius morte ratum eſt teſtamentum, cuius reſurrectione ope
ratum eſt teſtamentum, dicente Ioanne, vicit Leo de tribu Iuda, aperire librum & ſoluere ſignacula eius
Apoc. 5. numero. 7. quæ reſerata ſunt in reſurrectione ſaluatoris. Noe ebrius poſt ſomnum excitatur. Gene. 9. Iſaac
poſt triduum a monte Moria ad matrem viuus reuertitur. Gene. 22. Duorum paſſerum immolato altero,
alter viuus dimittitur. Leui. 14. Duorum hircorum altero immolato, alter in deſertū deportatur. Leui. 16.
Samſon media nocte ſecum tulit fores ciuitatis. Iudic. 16. Ionas. 3. die viuus euomitur virga Aaron Noctu H
germinat, ſicca ab annis multis. Num. 17. Conditum eſt autem teſtamentum præſentibus teſtibus. 12. omni
Cap. 2. exceptione maioribus, ex quibus duo ſcribæ ſunt Ioannes & Matthæus. Et ſciendum q̄ Zepherinus pa-
zepherinꝰ pa ſtatuit vt in vitreo vaſe conſecraretur, non in ligneo vt antea. Confeſſionem ante miſſam cæleſtinus
Celeſtiuꝰ. inſtituit. Stolas diaconorum & paſchalē cereum Zozimus quartus & vigeſimus. Septem horas canonicas
Zozimus. pelagius pontifex. Sabinianus ſtatuit lampades perpetuo in templo ardere. Ad hæc vide multa de conſe.
Pelagius. diſtin. 1. Iacobus. Et cap. Et hoc. Et cap. Miſſae. diſtin. 2. cap. peracta, & cap. Relatum. Et cap. omnis ho
Sabinianꝰ mo. Et cap. tribus gradibus. Quod ante reſurrectionem Chriſti nullus potuit conſecrare corpus Chriſti
August. niſi idem Chriſtus. de con. diſtin. 2. cap. Triforem. in gloſa. Ad hæc Auguſtinus. Tamdiu contenditur de
hæreditate mortuorum, quamdiu teſtamentum proferatur in publicum, quo prolato, omnes tacent, vt le-
gantur verba mortui iacentis in monumento. Ille ſine ſenſu iacet, aut certe pendet, & valent verba eius.
Sedet Chriſtus in cęlo regnans, cui mors volenti aliquādo damnata eſt, & contradicitur teſtamento ſuo. I
Ioan. 19. Teſtamentum Chriſti euangelium eſt, corpus eſt & ſanguis & tunica in conſutilis & eccleſiæ vnitas, in
Ioſue. 6. qua ſanguis vel coccus eſt pro ſigno. Hac eccleſiæ vnitatem (repulſa ſynagoga quæ machinata eſt in ne-
Ioan. 11. cem viri ſui, erat enim adultera) qui negat, negat mortem Chriſti (qui mortuus eſt diſperſos congregaret
in vnum electos qui erant per orbem) cuius tamen mortis teſtis eſt orbis. Hunc calicem noui teſtamenti
Chryſoſt. Paulus calicem benedictionis appellat, quoniam iuxta Chryſoſt. Cum eum præ manibus habemus, cū ad-
miratione & horrore quodam inenarrabilis doni laudamus benedicentes, quoniam ſanguinem effudit,
& nos tanti myſterij participes fecit. Bibe igitur o apicula, & inebriare ſcilicet, tamen altiora te nequæſie-
Canti. 2. ris, inueſtigans quomodo lateat poſt cancellos & retia accidentium, poſt pelles hædorum verus Iacob,
Eccle. 5. poſt velum arca teſtamenti, in arca teſtamenti vas admirabile, inq́ in eo Manna ſuauiſſimum repoſitū
vſque in conſummationem ſæculi, quomodo inquam Chriſtus totus ſit in ſacramento, mundum reconci-
lians ſibi, ne videaris tangere lignum ſcientiæ, quod tibi in parentibus primis interdictum eſt, Scrutator K
maieſtatis opprimetur. Solēne eſt apud gētes, niſi effuſo ſanguine fœdera nō ſancire. Itaq́ ſapiētia Dei fœ
Prouer. 9. dus nobis inire volens, imitata morem ſcytharum, vinum cum ſanguine miſcuit ſuo, manent enim cum
ſanguine Chriſti, vini accidentia ſicut patet ad ſenſum, color olor, &c. Idem feciſſe videtur dominus in-
turus duellum cum principe mortis, in quo dux vitæ mortuus eſt, ſed iam regnat viuus. Et hic eſt ſanguis
Hebr. 10. qui confirmauit teſtamētum eius, effuſus pro multis in remiſſionem peccatorum. Alioqui impoſsibile eſt
ſanguine pecudum remitti peccata. Vnde illud verbum toties replicatum in lege, immundus erit vſque ad
veſperam Leui. 11. & alias ſępe. In veſpera enim legis, & ſæculi huius & diei huius effuſus & ſanguis hic
in redemptionem earum præuaricationum quæ erant ſub priori teſtamento (Hebr. 9.) quarum nullam ab-
ſtulit

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ſtulit tantus pecudum effuſus ſanguis. Auguſtinus. Quem non faciet in tentum, ꝙ poſt ablutionem, de ſingulis quibuſcꝗ dicitur, & immundus erit vſque ad veſperam? Vbi neſcio vtrum aliquid aliud poſſit intelligi, niſi ꝙ omnis homo poſt remiſsionem pleniſsimã peccatorũ, quã accipit, intercedente morte crucis Chriſti, permanendo in hac vita, contrahit aliquid, vnde ſit immundus vſque ad eiuſdem vitæ finẽ, vbi ei dies iſta quodammodo clauditur, quod ſignificat veſpera. Et quærendum videtur, quid ſit ꝙ a ſanguine ſacrificiorum quæ pro peccatis offeruntur tantopere populus prohibetur, ſi in illis ſacrificijs vnum hoc ſignificabatur, in quo vera ſit remiſsio peccatorum, a cuius tamen ſacrificij ſanguine in alimentum ſumendo, non ſolum nemo prohibetur, ſed ad bibendum omnes potius exhortantur, qui volunt habere vitam. De hoc dictum eſt Ioan. cap. 6. Iuxta litteram ſanguis crudus hauſtus nociuus eſt corpori, ſanguis autem Chriſti cibus eſt animæ. Tamen & iuxta Paulum etiam illi (de bonis intelligo) qui iuſsi ſunt abſtinere a — 1. Cor. 10.
A ſanguine, eundem nobiſcum potum biberunt, & manducauerunt eandem eſcam ſpiritualem, biberunt enim aquam de petra, petra autem Chriſtus eſt. Paſti ſunt Manna te Chriſtus eſt verum Manna.

Caput. vi. Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. De Petro dicente, & ſi omnes. non ego. Et dominus. Amen dico tibi ante ꝙ Gallus canat bis, ter me negabis, &c. Vnus ex vobis me tradet. Dixerunt ſinguli, num ego ſum domine? Qui intinxit mecum manum in paropſide. Num ego ſum Rabbi? Tu dixiſti.

TVnc dixit illis Ieſus. Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte, quia ſcriptum eſt. Percutiam paſtorem. Ergo mors Chriſti actio Dei eſt, & diſpergentur oues gregis. Sed poſt quam reſurrexero, — Matth. 26. Marci. 14. Lucæ. 22.
B præcedam vos in Galilæam. Reſpondens autem Petrus, ait illi. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. Et ait illi Ieſus. Amen dico tibi, quia tu hodie in hac nocte priuſquam gallus vocem bis dederit, Bis poſuit Marcus, ter me negabis. 6. q. 1. imitare. 50. diſtin. quia ſanctitas tua. At ille ex abũdanti dicebat imo ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Non te negare. Græce eſt, u me ſe aparneſomæ, conduplicata autem negatio videlicet, u, me, certe non caret emphaſi conſtantis aſſeuerationis. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt. Obſerua bone lector quam frequenter & ſubinde mortem ſuam Chriſtus ponit ob oculos ſuorum, quam præuidebat eos admodum moleſte laturos, quippe quam nunquam crediderũt affuturã, donec captus eſt bonus paſtor. Vere enim anima eorũ ex anima. i.
C vita domini Ieſu pendebat (Gene. 44.) in quo collocauerant ſpes ſuas tanquam in tutiſsimo portu. Dixerat ſæpe, filius hominis tradetur, ſcitis quia poſt biduum tradetur, dixerat, Ecce manus tradentis me, mecũ eſt in menſa, dicit nunc tẽ quaſi præſentẽ ob oculos ponens, omnes ſcandalũ patiemini in me in hac nocte, quoniam oportet impleri quod ſcriptum eſt Zach. 13. percutiam paſtorem ita vt leproſi ſpeciem præſe ferat a capite vſqꝫ ad pedes. Et tuam ipſius animam o tota pulcha doloris gladius penitus tranſibit. — Eſai. 53.
Sed vos qui iam deſpondetis animum, videntes impendentem gladium ceruicibus veſtris, audite rurſus — Deut. 32.
illud, percutiam. Et ego ſanabo, & me reſurgente, oſſa illa arida, diſperſa ſiccaqꝫ vehementer rurſus reuiuiſcẽt, & aquilæ congregabuntur ad corpus. De hoc quod dicitur, ſcandalizabimini, quia ſcriptum eſt, — Ezech. 37.
dictum late Ioan. 21. In fine quomodo præſcientia Dei non imponit neceſsitatem rebus. Siue enim ille præuideat ſiue (per impoſsibile) non præuideat, res erunt vel non erunt. Nam rogo, cum deus intelligit omnia præſentia, nunquid neceſsitat arbitrium noſtrum ad velle illud vel nolle? Tempus igitur eſt futurum, non autem res, quæ præſentes ſunt Deo, & ſi ipſe res futuræ ſint. Et cum dicitur Ioſue. 11. Domini ſenten-
D tia fuerat, vt indurarentur corda eorum, hæc ſententia non eſt ab intellectu diuino neceſsitãte res, per hoc quod eas cognoſcat, ſed a voluntate ita decernente propter eorum demerita. Ita cum iuſti deſtituuntur vt cadant ſepties in die, vel vt ſcandalizentur, percuſſo paſtore, non a fato eſt vel fortuna, ſed a iuſto Dei iudicio, occulto nobis licet. Cadente enim Iuda & negante Petro, alter deſeritur, alterum dominus aſpexit, — Prouer. 24.
quia diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum. Percutiam ergo paſtorem, &c. Chryſoſt. Quo- — Rom. 8.
niam ergo iſta natura rei eſt, vt percuſſo paſtore, oues pateant luporum dentibus, idcirco diabolus vehe- — Chryſoſt.
mentius aduerſus paſtores armatur, cum ex eorum cede maiora detrimenta ſequantur in grege. Nam qui ouem iugulat, gregem quidem imminuit, porro qui paſtorem de medio tollit, totum ſimul gregem diſsipauit. Lupus enim iſte non curat numerum. Reſpondens autem Petrus dixit. Et ſi omnes ſcandalizati, — Prouerbiũ
&c. Vere ergo ſcriptum eſt, ante ruinam exaltatur cor. Prouer. 16. Quaſi enim Petrus non eſſet ſicut cæteris ſed ſingularis, ita ſingulariter præſumit. Sed ſicut fuit ſingularis in promittendo, ita & in negando.
E Chryſoſt. Quid dicis Petre proſpiciente timidior? Propheta dicit, oues diſpergentur, percuſſo paſtore, & — Chryſoſt.
Chriſtum dictum confirmauit, & tu idem negas? Duplex autem crimen erat, tum quia repugnauit, tum — Prouerbiũ
quia cæteris ſe præpoſuit, adde tertium maius duobus, ꝙ ſibi totum impoſuit, & non potius dicens cum Paulo, omnia quæ poſſum in eo poſſum qui me confortat (Philip. 4.) & cuius gratia, ſum id quod ſum. — 1. Cor. 15.
Sed tamen bone præſumptor ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua. Hoc autem vt vehementius eũ — Lucæ. 22.
tangeret, dicebat. Significans eius caſum multo grauiorem eſſe aliorum caſu diſcipulorum, ac ideo maiore etiam patrocinio indigere. Quas ob res vehementer rogo, ne velitis Deo ita cuncta attribuere, vt oſcitandum putetis, ſed cum Minerua vos quoqꝫ manum admouete. Origenes. Conſidera quomodo Petrus — Chryſoſt. Origenes.

per hec

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

per hęc verba dominum noſtrum profitebatur facere mendacem, non conſiderans quoniam qui dixit, ego
Ioan.14. ſum veritas, mentiri non poterat. Propter hoc ſicut exiſtimo, omnes quidem diſcipuli ſcandalizati ſunt in
dominum Ieſum, Petrus autem qui exiſtimauit mendacem facere veritatem, non tantum ſcandalizatus
eſt, ſed etiam derelictus propter audacem ſuam promiſsionem. Et quoniam non ſolum in conſiderate, ſed
pene etiam impie dixit. Et ſi omnes, nec cogitans lubricam naturam humanam, magnum protulit verbū,
ideo nec admodum eſt derelictus, vt vel ſemel negaret, ſed abundantius, negaturus ſepties, ſi ſepties in-
terrogaretur, vt arguatur eius audacia per vnam ancillam, primum negans ſimpliciter ſecundo. Cum iu-
Hierony. reiurando: Tertio cum deuotatione. Hieronymus. Non eſt temeritas neq; mendatium ſed fides apoſtoli,
Origenes. & ardens affectus erga dominum. Quod ſi negat, nocte negat. Hæc verba Hieronymi pugnant cū ver-
bis Origenis. Mea ſententia vere præſumpſit, & ſi zelum habuit, non ſecundum ſcientiam. Rom. 10. Nec
oportet excuſare Petrum quem veritas talione mulctat dicens. Amen dico tibi, q̄ in hac nocte, &c. Ori- F
genes. Quęres, ſi poſsibile erat, vt non ſcandalizaretur ſemel, ſeruatore dicente omnes vos, &c. Aliquis
Eſai. 38. quidem reſpondebit, quoniam neceſſe erat illum ſcandalizari, ſi hoc Chriſtus iam prædixerat. Alius au-
tem dicet, q̄ qui exoratus a Niniuitis, quæ prædixerat per Ionam non fecit propter pœnitentiam Niniui-
tarum (obſerua Ezechiam ſupplicantem) ſic poſsibile fuit, vt repelleret a Petro ſcandalum deprecante. Po-
tuit ergo locum habere deprecatio Petri ad primum verbum Chriſti, cum generaliter dixit, omnes vos
ſcandalum patiemini in me. Poſtq; autem cū affirmatione iuramenti pronuntiauit Chriſtus dicēs, Amen
dico tibi. Non erat poſsibile, vt non denegaret, alter mentitus eſſet Chriſtus dicens, Amen dico tibi, ſi
verum dixiſſet Petrus: non te negabo. Verum Petrus neſciens quid loqueretur, hæc dicebat. Quoniā enim
omnes mortui eramus in peccatis, omnes opus habebant, vt pro eis alius moreretur, non ipſi pro alijs. Ter
Archida. inquit me negabis. Archidamus cum Græci nollent ipſi obedire, ac fœdera quæ cum Antigono icta fue-
rant ſoluere vellent & liberi eſſe, ouis quidem ſemper eandem inquit emittit vocem, ſed homo multas & G
varias, quo vſq; id quod viſum eſt perficiat. O quam varias voces, non te negabo, etiam ſi omnes, non
ego, animam ponam pro te, paratus ſum ire ad carceres & ad mortem ſi res ſetat: Et neſcio quid dicis, non
ſum: Non noui illum. Eleganter autem dictum eſt, ante q̄ gallus cecinerit, nam gallus victor admodum
garrulus eſt, victus autem mutus efficitur. Inter cœnandum gallus noſter garrulus eſt, dicens, ſi omnes, nō
Plinius. ego in atrio ſacerdotis mutus eſt, & ſi quid loquitur blaſphemia eſt. De gallis ita dicit Plinius. lib.10.ca.21.
Hi ſter noſtri vigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus rumpendoq; ſomno mater natura ge
nuit: hoc enim canente, Petrus peccatum ſuum agnouit, tanq̄ excitatus a ſomno infidelitatis. Norunt
galli ſidera, & ternas diſtingunt horas interdiu cantu. Cum ſole eunt cubitum quartaq; caſtrenſi vigilia
ad curas laboremq; reuocant, nec ſolis ortum in cautis patiuntur obrepere. Diem venientē nuntiant cā-
tu, ipſum vero cantum plauſu laterum. Imperitant ſuo generi, & regnum in quacūq; ſunt domo exercēt.
Gallus. Dimicant enim inter ſeſe, velut ideo tela agnatis cruribus ſuis intelligentes. Nec finis ſæpe commorienti- H
bus. Quod ſi palma contingit, ſtatim in victoria canunt, ſeq; ipſi principes teſtantur, victus occultatur
ſilens, ægreq; ſeruitium patitur. Cælum ſola volucrum aſpicit crebro. In ſublime quoq; caudam falcatā
erigit, ita vt terrori ſint etiam Leonibus generoſiſsimis ferarum. Hæc ille. Petrus igitur qui in mare tituba
Gall.1. uit, Matth.14. & dominum a paſsione carnaliter reuocabat. Matth.16. & ipſum ter negauit, & inſimu-
Rom.8. lationem ſuperſtitioſam lapſus eſt imo & prauam inquit os aureum, excitatus tamen a gallo canente, ad
Pſal.29. gloriam martyrij peruenit, quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Sed qui ſe exiſtimat
ſtare, videat ne cadat. 1. Cor 10. Bene dixit, qui ſe exiſtimat: Non enim ſtare eſt, vt ſtare oportet, quando
quis ſuis viribus fidit dicens: Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Sed quis ſuis
Exod. 4. confidat, quando Paulus timet? 1. Cor. 9. Vnde Chryſoſt. Super illud. 2. Cor. 12. Ne quis me exiſtimet, ſu-
Chryſoſt. pra id quod videt in me. Moſes inquit gracili voce erat, & ſæpe contabuit mœſtitia, dicens, aut interfice
me, &c. Num. 11. Plurima enim permittebat deus huiuſmodi fieri, vt infirmitatem naturæ mortalis in ſan- I
ctis oſtenderet, ſicut fugam in Helia, 3. Reg. 19. ſtimulum in Paulo. 2. Cor. 12. Negationem in Petro, du-
bitationem in Moſe & Aaron. Num. 20. Nam ſi his quoq; contingentibus, dicebant Iudæi, vbi eſt Mo-
ſes, qui eduxit nos, &c. Quid non putaſſent, ſi induxiſſet illos in terram fluentem melle & lacte! Nonne
Act. 14. ipſum deum exiſtimaſſent? Paulus enim & Barnabas dij putati ſunt, cum eſſent liſtris. At ille amplius lo-
quebatur, etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo, cum affuerit Leo inquit, non erit opus ve-
ſtigia quærere, ita iuxta quod ſcriptum eſt abyſſus abyſſum inuocat (Pſal. 41. nec petrus agnoſcens imbe
cillitatem ſuam (ſiquidem ſemel inſanire in anno tolerabile eſt) pertinacter reſpondit, etiam ſi moriendū
eſt tecum, non te negabo. Vere extendebat Petrus pennas ſuas extra nidum, & arrogantia eius pluſq̄ for
titudo eius. Itaque Petri temeritatem & cæteri imitati ſunt, quia ſimiliter omnes alij dixerunt, omnes fri-
gidam alacritatem præſe ferentes, imo nec frigidi nec calidi, veritatem pro poſſe mendacem ſe facere pol- K
Seneca. licebantur. Sicut autem dicit Seneca: Nunquam tam bene cum rebus humanis actum eſt, vt meliora plu-
ribus placeant. Argumentum peſsimum turba eſt. Quod in ſtrage hominum magna euenit, cum ipſe po
pulus premit, nemo ita cadit, vt non alium in ſe trahat. Nemo ſibi tantum errat, ſed alieni erroris cauſa &
autor eſt, alienisq; perimus exemplis. Similiter inquit omnes alij dixerunt. Num & Iudas tale aliquid di-
xit: Omnes inquit alij. Nec igitur idem euenit nobis, quod in comitijs, in quibus eos factos prætores idem
qui fecere mirantur. Et cum vt moris eſt apud noſtrates ſuffragia rogantur, & a ſenioribus incipitur, qui
minores natu ſunt, vt pote qui more iumentorum ducuntur & non ducunt, annuentes capite, manibus &
pedibus in maiorum ſententiam eunt. Hoc eſt enim quod dictum eſt, ſimiliter omnes alij dixerunt, ſequē-
tes Petri arrogantiam. Sed vt Petri temeritas plenius pateat, Sciendum q̄ ſemel reprehenſus, quādo au-
diuit,

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

diuit, vade poſt me Satana (Matth. 16.) & ſecundo quando audiuit, ſi non lauero te, non oportebat Chri
ſto amplius reniti, & ecce nunc tertio dicit, omnino non ſcandalizabor, non te negabo. Hoc iuxta Mat- Ioan. 13.
thæum & Marcum. Lucas vero ita. Paratus ſum tecum & in carcerem & in mortem ire. Et
Chriſtus dominus, dico tibi Petre, &c. Id autem Lucas factum refert, inter cœnandum, Matthæus autem
& Marcus in monte oliuarum. Ioannes ita dixit. Quare te non poſſum ſequi modo? Animam
meam ponam pro te. Et ita inuenitur Petrus tertio Chriſto reſtitiſſe, ſemel apud Lucam & Ioannem
inter cœnandũ, bis apud Matthæũ & Marcũ. Primo enim dixit, ſi oẽs ſcandalizati fuerint. Nõ ego, ſecũ-
do autem, ſi oportuerit me mori tecum, &c. Ita ergo & tertio negauit. Petrus ergo præſumit de viribus,
ſupra vires, præponit ſe cæteris, Chriſto obſtat. Poteſt autem dici iuxta ordinem textus quem loquimur,
ꝙ Matthæus & Marcus recapitulando dixerunt illud, omnes vos ſcandalizabimini, &c. Atque ita quic-
A quid Petrus promiſit, inter cœnandum factum eſt, quando Petrus ante victoriam imo ante initum certa-
men, & ante conſerta vexilla canebat, ignorans omnino vires ſuas, & impetum procellæ imminentis.
Plato, 12. De republica, abiicienti arma id maxime probrodandum erat, inquit, vt eo viro in mulie-
rem transformatus, puniretur, & id maxime in eo qui a fœmina ſuperatus eſſet: Sicut Petrus, ſed quoniã
id fieri non poteſt, proximum aliquid excogitemus, vt poſtquam ille viſq; adeo viuendi cupidus eſt, dein-
ceps nullum periculum ſubeat, ſed reliquam vitam & quidem Neſtoream improbus & cum dedecore vi-
uat, ſicut Sardanapalus aut Herules inter puellas, oſtium ſuum ſoluens. Itaque qui proieciſſe arma con-
uictus eſt, nec imperator nec præfectus aliquis pro milite vnquam vtatur, nec in aciem recipiat. Hæc ille.
Verum iuxta Prouerbium, fugiens e prælio, denuo pugnabit, id quod apoſtolis contigit qui ex militibus Ioan. 13.
deſertoribus, facti ſunt duces ſtrenui militiæ celeſtis. Poſt hæc Ieſus turbatus eſt ſpiritu, & pro- Matth. 26.
teſtatus eſt & dixit. Amen amen dico vobis: ꝙ vnus ex vobis me tradet, qui mandu- Marci. 14.
cat mecum, iuxta Marcum, Hoc eſt quod Lucas ſuperius dixit, ecce manus tradentis me mecum eſt in
B menſa. Marcus euangeliſta adiecit, vnus ex duodecim ergo obſerua ꝙ ſoli iſti duodecim leguntur cœnæ
interfuiſſe, & ideo non ad diſtinguendum ſed ad exaggerandum crimen ex beneficio electionis ad apoſto
latum, repetit, vnus ex duodecim, vnus ex amicis non vulgaribus, qui non ſolum adeſt huic conuiuio, ve
rum etiam in eadem patina, in idem ius immergit manum, quod eſt intime familiaritatis. Et forte erant
tria vel quattuor catina in menſa aceto plena pro lactucis agreſtibus. Aſpicientes ergo adinuicẽ
diſcipuli, hæſitantes de quo diceret: iuxta Ioannem. Matthæus: Et contriſtati valde. Idem
dicit Marcus, cœperunt ei dicere ſingulatim: Nunquid ego ſum domine? At ille reſpõ
dẽs ait, Qui intinxit mecum manum in paropſide vel catino, hic me tradet iuxta Mat-
thæum, Matthæus & Marcus. Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo. Oc-
currit Chriſtus tacite obiectioni, ſi ſciebas te tradendum, cur non euitabas traditorem? Quia volo inquit
implere ſcripturas a ſpiritu ſancto prolatas. Væ autem homini illi per quem filius hominis
C tradetur. Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. Auguſtinus. Pereant argumẽta ſtoi-
corum, qui negant in ſapientem cadere perturbationem animorum, ſtuporem deputantes ſanitatem. Sa-
nitas integra in patria datur. Tamen iuxta Senecam, repugnandum eſt conſuetudini prauæ, primum ne Seneca.
vincamur, deinde vt vincamus. Fortaſsis enim & definent, ſi intermittendi conſuetudinem fecerint, quã-
doquidem grauiter affectis ſanitatis loco bona eſt remiſsio. Cæterum nos vel volentes vel inuiti ſæpe tur-
bamur, & ducimur quo nolumus, & velle adiacet nobis, quia nolumus turbari, nec tamen datur perfi- Rom. 7.
cere. At dominus Ieſus cum voluit turbauit mare, ſedauit item vnico verbo. Turbauit ſemetipſum ſemel
& ſecundo excitaturus Lazarum. Turbatur autem ſpiritu in præſentiarum, quia iam traditorem fuerat Ioan. 11.
expreſſurus & velut digito notaturus: Et quia ipſe traditor iam fuerat exiturus, vt manum armatam ad-
duceret, turbauit eum imminẽs paſsio, & traditoris impudens manus, cuius iam præcognouerat animũ.
Quid eſt ergo quod ille turbatus eſt, niſi ꝙ infirmos ſua voluntaria ſimilitudine conſolatus eſt? Vt ſi qui
D adhuc infirmi morte imminente turbantur, in ſpiritu ipſum intueantur, ne hoc ipſo ſe putantes reprobos,
peiore deſperationis morte abſorbeantur. Quantum ergo bonum de participatione diuinitatis eius ſpe-
rare debemus, cuius nos & perturbatio tranquillat, & infirmitas firmat! Dixit ergo. Amen dico vobis, ꝙ
vnus ex vobis: &c. Dixerat dominus ſæpe: tradetur Gentibus vt crucifigatur: Dixerat euangeliſta: abiit Ioan. 11.
vnus de, 12. ad principes ſacerdotum: &c. Dominus tamen huc vſq; traditorem non expreſſerat ita certius
ſicut modo, vt vnum eum diceret ex. 12. Dixerat tamen: mundi eſtis, ſed non omnes, & qui manducat pa-
nem meum, leuabit contra me calcaneum. Adiecit autem his verbis & quod ſequitur, non panem tantum
manducat mecum: ſed quod eſt arctioris amicitiæ intinxit mecum manum in paropſide. Dicit autem Au Auguſt.
guſtinus de lib. arbi. cap. 3. In effabiliter me mouet: quomodo fieri poteſt: vt & deus præſcius ſit omnium
futurorum, & nos nulla neceſsitate peccemus. Si Iudam proditorem futurum præſciuerat, neceſſe erat id
fieri. Quomodo igitur voluntas eſt libera, vbi tam ineuitabilis apparet neceſsitas? Sed nunquid ſi tu præ-
E uidis Ioannem peccaturum, ideo Ioannes peccat, & non potius ideo peccat, quia peccare vult? Volun-
tas non eſt voluntas, ſi non eſt libera. Quod ſi non eſt libera, iniquitas eſt apud deum, qui punit peccan-
tes, quos ipſe præſciuit. Abſit. Ego ſcio inquit ſcriptura ꝙ non audiet vos. Gloſa. Meum tamen eſt eum Exo. 11.
monere, non vnica ſed plagis decem, ſed ille abutebatur patientia Dei. Itaque & hic dicens, vnus veſtrũ,
& pœnitentiæ locum tribuit, nec nominatim deſignat, ne impudentior fieret, & conſcientiam ipſius conue
nit, quam Satanas repleuerat, vt fieret dux principis tenebrarum. Aſpicientes ergo adinuicem & contriſta
ti, &c. Vides impletum illud Amos. 8. Dies feſti veſtri conuertentur in lamentationem, & omnia cantica
veſtra in planctum. Vnus inquit veſtrum numero, cæterum merito de numero antichriſtorum. Turban-
tur autem

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

tur autem apoſtoli & merito turbantur, quibus in genere licet denuntiatur, idque cum iuriurando tam
Auguſt. ſceleſtum crimen & proditio. Aſpiciebant igitur inuicem. Auguſtinus. Nota quidem erat ſibi cuiuſq; cõ-
ſcientia, verumtamen quia proximi erat ignota, ita ſingulus quiſque ſibi erat certus, vt incerti eſſent &
in cæteris ſinguli & in ſingulis cæteri. Sic in eis erat erga magiſtrum ſuum pia charitas, vt tamen eos hu-
mana alterum de altero ſtimularet infirmitas. Et maxime ſi iuxta prædicta, iam audierant dictum eſſe Pe
tro, in hac nocte [illegible] me es negaturus. Itaque contriſtati cœperunt ſinguli dicere. Nunquid ego ſum domi-
ne? Quibus verbis oſtenditur orta bonitas diſcipulorum plus credentium verbis Chriſti, quam conſcientiæ
Theophy. ſuæ. Oſtenditur & Iudæ deſtinata malicia, quod nec cognitori conſiliorum ſuorum credebat, vt triſtaretur.
Imo triſtabatur prodilatione. 30. argenteorum, &c. Arbitror autem quod principio putauerit latere quaſi
hominem. Sed poſtquam vidit conſcientiam ſuam notam eſſe Chriſto, amplexus eſt occultationem poſi-
tam in verbis Chriſti, quorum primum perfidiæ erat, ſecundum vero impudentiæ. Reſpondit dominus. F
Origenes. Qui intinxit mecum manum in catino, &c. Origenes. Exiſtimo quod maliciam eius multam manifeſtam fa-
cere volens, hoc dixit, quaſi qui immemor eſſet tantorum beneficiorum, communis menſæ, communica-
tionis tanti temporis & pa[illegible] & ſalis, quid ſi & carnis & ſanguinis? Sed hæc omnia tranſgrediens magi-
ſtrum licetur. Filius quidem [illegible]minis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo: væ autem homini illi per quem tra-
detur. Dicens autem, vadit, h[illegible] verbo ſignificat occiſionem ſuam peregrinationem magis eſſe quam mortē.
Zach. 9. Viam enim trium dierum abijt, [illegible]t educeret vinctos ſuos de lacu in quo non erat aqua. Itaque apoſtoli qui
nouerant certe, nihil tale ſe vel co[illegible]itaſſe (quod ſcelus erat ſceleſtum) plus tamen credentes magiſtro quam
ſibi, triſtes interrogant. Cæterum Iudas reliquis contriſtatis, & retrahentibus manum, & intercidentibus
cibos ori ſuo, temeritate & impudentia qua proditurus erat, etiam manum cum magiſtro mittit in paro-
pſidem, vt audacia bonam conſcientiam mentiretur. Sed filius quidem hominis vadit, vt multorum pec-
cata ſuper ſe tollat, vadit cum Abraam in montem, ferens ſuper ſe ligna quibus imponendus eſt, reuerſu- G
rus die tertia. Gene. 22. quia ita diffinitum eſt diuino conſilio. Væ autem homini illi, cuius impietate vti-
tur diuina ſapientia ad redemptionem generis humani. Pœna ergo æterna prædicitur, vt quem pudor nõ
vicerat, corrigant denuntiata ſupplicia. Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet. Sciendum quod Hebræi carent no
Hierony. mine comparatiuo item & ſuperlatiuo: Eſt autem illis mos præpoſitione: Mi, quæ ſignificat, ab, poſitiuis
adiuncta, facere comparatiuos, nec alia comparatiuorum forma inuenitur apud eos. Non enim dicunt
melior ſum te, ſed bonus præ te, nec minor te, ſed paruus præ te. Vnde illud, multi filij deſertæ, ideſt plures,
Eſai. 54. & bonum eſt confidere in domino, hoc eſt melius eſt. Pſal. 117. Quod ergo dictum eſt, bonum erat ei, ſen
ſus eſt, melius erat ei natum non fuiſſe. Hieronymus. Non ideo putãdus eſt ante fuiſſe quam naſceretur, quia
Hierony. nulli poſsit ei bene eſſe, qui non fuerit, ſed ſimpliciter dictũ eſt, multo melius eſt nõ ſubſiſtere, quam male ſub-
ſiſtere. Et cum dicit filius hominis, loquutio eſt Hebraica, nihilque aliud ſignificat, quam quod verus erat homo.
Origenes. Ad hæc. Origenes. Bonum erat ei ſi non fuiſſet malus homo iſte, hoc eſt, illi bonum erat, ſi natus non fu- H
iſſet, quia nec hoc bono fuit dignus, vt non naſceretur. Sed quoniam aptus fuerat ex arbitrio ſuo, vt hoc
myſterium proditionis conſummaretur per eum, ideo natus eſt malo ſuo, vt in malum quod ſecundũ pro-
Faber. poſitum ſuum merebatur, incideret. Ita dicit & Faber. Bonum erat, ideſt minus malum erat illi, non fuiſſe
natum: quam damnatum iri in perpetuum. Id autem generale eſt omnibus qui nomine hædorũ cenſebũ-
tur, & ponendi ſunt ad leuam iudicis iuſti. Matth. 25. De his vere dicitur, maledicta dies in qua natus ſum.
Hiere. 20. Nam ſi de ſe intelligat propheta: Num maledicit, quod cœperit eſſe, qui ante quod eſſet, & Deo co-
gnitus erat, & ſanctificatus in vulua? Abſit illud. Maledicit ergo diei natiuitatis huiuſmodi ſpecioſum
Tyrannorum veteratorum, qui malo multorum nati ſunt. Maledicit moleſtijs vitæ, incolatus longitudi-
Eccle. 9. ni, inter videlicet huiuſmodi ſcorpiones & regulos, & quod nemo ſcit, vtrum odio an amore dignus ſit.
A. Gellius De huiuſmodi monſtris dictũ legimus in quadam oratione. Q. Metelli aduerſus Caium Maniliũ. Hunc
ego quirites neque amicũ recipio neque [illegible] inuicem, hoc nauci non facio, in quam plura non ſum dicturus. Nã I
cum indigniſsimũ arbitror, cui a viris bonis benedicatur, tum ne idoneũ quidem, cui a probis maledica-
tur. Nam ſi in eo tempore huiuſmodi probrũ homines, in quo punire non poſsis, maiore honore quam contu
melia afficias. Et ſi cum huiuſmodi & aduerſus huiuſmodi tibi fuerit velitandũ, quodammodo illorũ ſi-
Auguſt. milis & compar fies, dum paria & conſimilia dices & audies. Nil verius. Ad hæc Auguſtinus. Plus certe
impius Abſalon patrem ſanctum extinctus quam rebellis afflixit. Vnum nãque cum cõprehendi cupiebat
2. Reg. 18. vt qui malicia graſſabatur, pœnitentia ſanaretur. Legerat enim in mente ſua, quod poſt modũ dixit pro-
Ezech. 18. pheta, nolo mortem peccatoris. Erat ille non ſolum perſequutor patris, ſed & Dei populum diuidendo, cor
patris amplius afflixit, ſed ſupra modũ afflixit in illa infidelitate moriendo, de qua dicitur, melius fuerat, ſi
natus non eſſet. Denique illum pater optimus peſsimũ filium, quẽ non deſperando non defleuerat viuum,
Iob. 10. ſpe finita, fleuit occiſum, dicens, Vtinam fieret ei vulna ſepulchrum: hoc enim melius, quam eſſe & abſque vlla K
intermiſsione cruciari, quomodo mortẽ quietam vitæ miſeræ præferimus. Vnde Iacob dies quos vixit in
Gene. 47. labore, paruos & peſsimos vocat. Cæterum iuxta quod Iob & Hieremias maledicunt diei natiuitatis ſuæ,
Auguſt. hyperbolice accipienda ſunt verba eorum. Ad hæc Auguſtinus. Vide tamen quam abſurde dicitur, mallẽ non
eſſe, quam male eſſe. Qui non hoc dicit, aliquid eligit: non eſſe autem non eſt aliquid ſed nihil, & ideo nullo
ſco. in. 4. di modo potes recte eligere. Quid enim recte quis eligit, cum ad id peruenerit, neceſſe eſt vt melior fiat. Me-
ſtin. 50. q. 2. lior autem eſſe non poterit, qui non erit. Nemo igitur recte poteſt eligere vt non ſit. Neque mouere nos
in ſolu. ar. debet quod quidam vrgente miſeria, ſeſe ipſos interemerunt. Ii enim quoquo modo id fecerint, non ob
1. q. aliud fecerunt, niſi quia ibi melius fore putauerunt. Dicit tamen Plato ipſum male eſſe, omnino deterius
Plato. iudicandum eſt quam non eſſe, ſicut tollerabilior eſt qui iubet mori, quam qui iubet male viuere. Sequi-

tur.

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

tur. Reſpondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit. Nunquid ego ſum Rabbi? Ait illi. Tu dixiſti. Matth. 26. Ne igitur tacendo, ſe prodere videretur proditor, verſipellis, ſeſ. vlixes, veteratorinterrogantibus, quem conſcientia premebat, quem Satanas repleuerat, qui manum audacter tantus prædo miſerat in catinum, ſic reſponſum eſt, tu dixiſti, tu te prodis, tu ſcis omne malum, cuius tibi conſcium eſt cor tuum. Dicens autem tu dixiſti, magis indicat eum eſſe, ꝙ explicans ſe ſuſpicionem ſimulat, diſſimulans ſcientiam. Nam ſi proderetur a domino inter fratres, idem dicturus erat quod Petrus, non ſum, nihil tale aſcendit in cor meum. Imo quod magis eſt veriſimile idem facerent de illo fratres, quod ſenatus de Romulo. Vnde in conſequentibus ſequitur ex Ioan. cap. 13. 3. Reg. 2.

A Caput. vij. De Ioanne recubente ſupra pectus Chriſti, & rogante dominum quis eſſet traditor: & de ſigno quod dedit Ioanni dominus. Ingreditur Satanas in Iudam, & audit, quod facturus es, fac citius: Et continuo egreditur, nullo ad quid ei dictum ſit, fac quod facturus es. Mandatum nouum do vobis. In hoc cognoſcent ꝙ eſtis mei diſcipuli.

ERat ergo recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu, quẽ diligebat Ieſus innuit ergo huic Simon Petrus & interrogaret quis eſſet, de quo dicit alias diceret. Itaque cũ recubuiſſet ille ſuper pectus Ieſu dicit ei. Domine quis eſt? Reſpondens Ieſus, dixit. Ille eſt cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxiſſet panem: dedit Iudæ Simonis Iſcariotæ. Et poſt buccellam, tunc introiuit in eum Satanas. Illud principio ſuccurrit mirandum quomodo omnibus trepidantibus ad
B tantum tonitru, vnus veſtrum me traditurus eſt, ipſo etiam apoſtolorum principe, Ioannes ſecurus, ac ſi in delitijs eſſet, in gremio Ieſu vel ſupra pectus recumbit. Sed ꝙ ſupra pectus recumbit, cauſa potuit eſſe, ꝙ nondum de eo debitam cõceperat fidem. Alioqui quomodo reclinari præſumeret ſupra pectus illud diuinitatis capax, cum Ioannes Baptiſta, nec calciamentorum eius corrigiam ſoluere idoneus ſit? Ita dicit & Theophyl. Petrus interrogare non audet, qui ſæpe increpatus fuerat. Matth. 3. Ioannes autem abſque reuerentia (amor tamen neſcit imperium, ſed fidenter dicit: Dilectus meus mihi, & ego illi) Canti. 2. & ſubmiſſione accedit. Nihil enim adhuc magnum de domino ſentiebat, neque erat edoctus, dignum Chriſto reuerentiæ honorem exhibere. Theophyl. piſcatores enim erant, & officij imperiti. Permiſit autem dominus, mœſtitiam eius leniens, quoniam diligebat eum. Sicut autem dicit Ambroſ. Ambroſ. Summa familiaritas parit contemptum, id quod videre eſt in Moſe. Qui enim prius ſecus rubum, audito, ego ſum deus Abraam, operuit vultum, non audens intueri contra viſionem magnam, Exo. 3. poſt ꝙ alloqui
C cœpit Dei maieſtatem tanquam vnus ex amicis (Num. 12.) Oſtende mihi inquit faciem tuam. Exo. 33. Itidem & Ioannes. Poſt ꝙ ex multis intellexerat ſingulari ſe amore a domino proſequi, id auſus eſt, ꝙ forſan tota pulchra & immaculata non præſumeret, poſt ꝙ dominus Ieſus euacuauit quæ erãt paruuli, & iuxta ætatem factus eſt vir. 1. Cor. 13. Et tamen Ioannes recubuit ſuper pectus eius. Conſtitue igitur dominum Ieſum recumbentem in conuiuio, & Mariam quidem vngentem pedes eius (Ioan. 12.) Ioannem autem reclinantem ſe ſupra pectus eius, & mirantes cæteros, ꝙ talia præſumeret ſeruus in dominum, ꝙ caro illa peccatrix ſupra templum verbi requieſceret dicens, Canti. 2. Leua eius ſub capite meo, & dextra illius amplexabitur me, ꝙ anima illa carnis vinculis innexa, aulam diuinæ plenitudinis ſcrutaretur. Erat ergo recumbens. O quid præſumit cor innocens & conſcientia bona quæ deum habet teſtem. Vere dictũ eſt ab Auguſtino, anima verius eſt vbi amat ꝙ in corpore quod viuificat, Auguſt. ſiquidẽ & Ioannes nomen habens viuentis, mortuus erat, ſed mundo mortuus, viuebat Chriſto. Apoc. 3. Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius. Canti. 7. Huic ergo cui dilectus
D intendebat totus, quaſi eſſet Chriſtus totus Ioannis, ſicut deus Abraam, deus Iſaac, deus Iacob, huic inquam innuit Petrus velut amico priſtino Chriſti, & cætera. Signa enim voces quædã ſunt earum quę ſunt in animo affectuum. Si enim in corde loquimur, ſicut Eſau, qui dicebat in corde ſuo, &c. Gene. 27. quanto magis innuendo loquimur, vbi iam foras aliquibus ſignis promitur, quod fuerat corde conceptum? Eſt igitur ſignis loqui (ſicut capite annuimus, item manibus) ſicut fit, cum ſurdis & mutis aliquid ſignis exponimus. Faber. Faber. Ante ꝙ ergo innuiſſet Petrus Ioanni, non ſic habebat Ioannes demiſſum caput ſupra pectus domini, ad aliquid ſecrete ſciſcitandum, quod faciunt ij qui quippiam ſecretius percontari volunt. Prius igitur erat, anakimenos, ideſt recumbens, poſt, epipeſon, quod eſt recidere aut decumbere ſupra pectus. Quod autem pictores deſcribunt Ioannem inſtar dormientis vel dormiturientis, e ſuo capite pingunt. Reſpondit Ieſus.
E Cui dedero intinctũ panem, & cum intinxiſſet bucellam: dedit Iudę Iſcariotæ filio Simonis. Et poſt buccellam introiuit in eum Satanas, præſente Chriſto, quod eſt mirabile. Hilarius. Sciendum ꝙ Auguſtinus abſolute tenet, quod Iudas acceperit ſacramentum corporis Chriſti cum cæteris, & id fere tenent omnes. Hilarius tamẽ obſtat dicens. Parauerunt paſcha, poſt quæ Iudas proditor iudicatur, ſine quo paſcha accepto calice & fracto pane conficitur. Dignus enim æternorum ſacramentorum communione non fuerat. Nam diſceſſiſſe ſtatim hinc intelligitur, ꝙ cum turbis reuerſus oſtenditur. Neque ſane bibere cum Deo poterat, qui non erat bibiturus in regno, cum vniuerſos tum bibentes & vitis iſtius fructu, bibituros ſecum poſtea pollicetur. De hoc alij viderint. Certe textus Matthæi & Marci quem Hilarius adducit, dico vobis, non bibam a modo, &c. aperte facit pro Hilario. Si dicas, Marcus dicit, biberunt ex calice omnes, verum eſt, omnes qui aderant. Tamen iuxta ordinem textus quem ſequimur, Iudas communicauit cum cæteris. Dicit autem

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

autem Auguſtinus ſuper Pſal 142. Quam multos Iudas implet Satanas, indignè accipientes buccellam
Auguſt. ad iudicium ſuum. Non malum eſt quod datur (imo ſummum bonum eſt quod datur) ſed bonum malo
Hierony. in iudicium datur. Bene eſſe non poteſt male accipienti quod bonum eſt. Dicit autem Hieronymus, quod
Auguſt. Iudas nec familiaritate conuiuij, nec tinctione buccellæ, nec oſculi gratia fractus eſt. Et ſubijcit Auguſt.
Fortaſsis dominus [illegible] panis tinctionem in iure illius ſignificat fictionem. Si autem bonum aliquod ſignificat hæc tinctio, q[illegible]d aliquando fit erga eos quibus fauetur in conuiuijs, delicate paſcere, comminuto
2.Cor.12. edulio & inſtipato, id[illegible] bonum ingratum non immerito eſt ſequuta damnatio. Sed eſto buccella illa eſſet ſimplex panis (ſicut reuera erat) ita ne hoc meruit panis Chriſti porrectus de menſa eius, vt poſt illum intraret in Iudam Satanas? Sed quid miraris, ſi datus eſt Iudæ panis Chriſti, perquem manciparetur diabolo, cum videas a contrario datum Paulo angelum diaboli per quem perficeretur in Chriſto? Ita & malo bonum obfuit, & malum bono profuit. Intrauit autem Satanas poſt bucellam in Iudam, vt ſibi iam F
traditum Plenius poſsideret iuxta illud, diabolus ſtet a dextris eius. Poteſt requiri, cum dixiſſet dominus, cui intinctum panem dedero, &c. Quomodo alij neſcierunt. Sed ſicut ſubmiſſe rogatus eſt a Ioanne, ita ſilentio & ſubmiſſe ei indicat proditorem. Vtrum autem Ioannes dixerit Petro Ioannes euangeliſta nõ dicit. Multa autem fecit dominus ad noſtram eruditionem, vt nunquam proximos traducamus, vt ſciamus quòd etiam vitia incurabilia proximorum propalanda non ſunt. Fortaſsis enim quando Iuda dixit dominus, Iuda oſculo filium hominis tradis in aurem dixit, quando tamen iam ipſe ſe prodiderat. itaque iuxta Matthæum, prius Iudas intinxit panem in paropſide, & dominus dixit, qui intinxit, nam ſi diceret de præſenti, qui intingit, manifeſtè proderet eum, nec haberet locum interrogatio Ioannis, & ſecundo dominus intinxit bucellam & dedit Iudæ, quaſi ſymbolum quo Ioannes intelligeret, id quod rogauerat. Et dicit ei Ieſus. Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium, ad quid dixerit, Nec Ioannes ipſe. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixiſſet ei Ieſus: Eme ea quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum, aut egenis aliquid daret. Cũ G
ergo accepiſſet ille buccellam, exijt continuo. Erat autem nox. Eſt autem ſimilis hæc ſentẽtia illi dimiſi eos in deſideria cordis ſuis. Pſal. 80. Vnde illud Amos. cap. 1. Super tribus ſceleribus & ſuper quattuor non auerſabor eos. Hieronymus. Auerſionem dominus ducit pro pœna, dum ſuæ peccator re-
Hierony. linquitur voluntati. Quid autem inde conſequatur filius adoleſcens manifeſte oſtendit. Itaque dominus Ieſus vbi vidit deſtinatam Iudæ malitiam, nec pudore nec metu flecti, iam enim pene digito notatus fue-
Luc. 5. rat, patrãdi criminis quod iam definito conſilio patraret poteſtatem facit. Sicut ergo alter Cain profectus & ablegatus à conuentu apoſtolico quod inquit cœpiſti, perfice, quia & ego. Coarctor, donec baptiſmate
Luc. 12. diluar, quo ſum baptizandus, & tu citius mercedem accipies proditionis tuæ. Val. Maximus lib. 2. ca. 1.
Prouerbiũ Obſeruandum eſt Athenarum inſtitutum illud memorabile, quod conuictus a patrono libertus ingratus, iure libertatis exuitur. Superſedeo te inquit habere ciuem, tanti muneris (apoſtolatus) impium eſtimatorem. Nec adduci poſſum vt credam vrbi (credam orbi) vtilem, quem domi ſceleſtum cerno. Abi igitur & H
eſto ſeruus, qui liber eſſe neciſti. Hæc ille. Hoc autem iuxta Prouerbium currenti vltro ſphæræ per præcipitium calcaria addere. Hæc tamen vox ad auaros proprie dicitur, quos ſemper exagitat hiantis auaritiæ
Auaritia. peruigil & inquies cogitatio, quæſitis iam ſemper aliquid adijciẽdi, ob quod eam priſci poetæ Alecto vocauerunt, quaſi irrequieta & nunquam deſinens: nomine ſane appoſito & congruo, furiarum vnam eſſe dicitantes, quas inter miniſterium Orci deſtinauerunt. Forte enim legerant illud: Sanguiſugæ idest auari-
Prouer. 30. tiæ duæ ſunt filiæ dicentes, Affer affer. Bene ergo auaritia Alecto, idest inquieta vocatur, cuius filiæ nũquam finem faciunt dicendi: Affer affer. Hoc autem nemo ſciuit diſcumbẽtium. Alioqui & diſcerpſiſſent
Theophy. eum, vel ſolus Petrus inquit Theophyl. Num & Ioannes ignorauit verbum Chriſti? Neque hic expectaſſet inquit Theophyl. Vt diſcipulus [illegible] tantam prorumperet impietatem. Solus ergo Iudas intellexit verbũ Chriſti. Nam tam ſceleſta ſuſpicio non poterat deſcendere in cor alicuius cæterorum, illum videlicet cui dominus tot amoris ſymbola præbuiſſet, quem creditis loculis: cæteris quodammodo præferre viſus eſſet qui vicinior recumbebat in eo conuiuio, cui modo offulam intinctam porrexerat, tam immane facinus I
aggreſſurum. Nullus ergo cognouit, ſed rati ſunt id quod textus dicit. Verumtamen fallebantur. Iudas nõ emptor ſed licitator erat ſanguinis Chriſti. Auguſtinus. Tunc ergo primum eccleſiaſticæ pecuniæ forma
Auguſt. eſt inſtituta, vbi intelligeremus quod præcepit, non cogitandum eſſe de craſtino, non de hoc fuiſſe præce-
Matth. 6. ptum, vt nihil pecuniæ ſeruetur a ſanctis, ſed ne Deo pro iſta ſeruiatur, ſed primum quærendum regnum Dei. Et ſciendum quòd in templo Salomonis erat Gazophylatium, in quo pecunias mittebant, qui veniebant adoraturi, dicente domino, non venies vacuus, ex qua pecunia pauperes alebantur (Neemię. 10.) Viduæ
Theophy. & ſacerdotes inquit Theophylactus. Mirabilis inquit proinde & laudabilis conſuetudo illa, cuius apud noſtrãtes nec veſtigium eſt recipere, & maxime de viduarum cura, quæ veræ ſunt, ſi quæ tales ſunt. Bene K
autem intulit euangeliſta, erat autem nox qui male agit, odit Lucem (Ioan. 3.) & nox æterna erat illum comprehenſura qui tenebrarum rectorem ſequebatur. Cæterum dominus Ieſus patriarcha pauperũ, pauperum ſuorum curam gerens, frequenter ſolitus erat mandare Iudæ vt pauperibus eleemoſynas largiretur ex ſtilla olei quę erat in lecytho, alioqui diſcipuli nunquam tale opinarentur. Cum ergo exiſſet, dixit Ieſus. Nunc clarificatus eſt filius hominis, & deus clarificatus eſt in eo, & deus clarificauit eum in ſemetipſo, & continuo clarificabit eum. Cum ergo nox receſſiſſet a vera Luce, audiamus Lucem loquentem: Nunc clarificatus eſt filius hominis. Vnde: A morte ſua, Propter quam deus exultauit illum, de quo dictum eſt Ioannis. cap. 12. ibi: venit hora vt clarificetur filius hominis, clarificabitur nouo genere & nouo modo. Mors enim Chriſti licet iuxta communem po-

puli opi-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

puli opinionem opprobrij contumeliæ & ignominiæ plena eſſet, Iudæis ſcandalum & maledictum, gentibus autem res irriſione plena, Paulus tamen conſtanter aſſeuerat, propter mortem crucis deus ſuper exaltauit illum. 1. Cor. 1.
Itaque ſicut Chriſtus in ſua reſurrectione exaltatus eſt a patre ad vitam æternam, & deinceps collocatur ad dexteram maieſtatis ſuæ, ita & deus pater clarificatus eſt in filio hominis, qui in omnibus quæ dixit, quæve operatus eſt in medio terræ, nihil aliud quæſiuit quam gloriam patris, quæ fere abolita erat de memoria hominum, cum vnaquæque gens coleret deum ſuum, Iudæi [illegible] & Romani deos omnium gentium. Hiere. 2. Quodque ſequitur & deus pater, clarificabit eum in ſemetipſo, hoc eſt per ſemetipſum: Potentia enim Dei patris excitatus eſt tertia die ſicut ſcriptum eſt, quem deus ſuſcitauit, ſolutis doloribus inferni. Et infra: Dextra Dei exaltatus eſt a ſepulchro ad celſitudinem throni, de quo habes Dan. cap. 7. Exaltabit item eum in ſemetipſo, oſtendens quod patris & filij vna eſt diuinitas, æqua- Actu. 2.
A lis gloria, eadem omnipotentia, coæterna maieſtas. Dicit autem, continuo clarificabit eum, quia & mors erat in ianuis, & reſurrectio poſt tres dies. Poſſumus dicere clarificatum filium hominis, quia recedente tenebrarum filio, remanſit paſtor cum grege ſuo puſillo licet. Cum aliquando cœnarent vna Athenienſes quidam non infimæ ſortis, diceretque Apemantus vnus ex conuiuis, pulcherrimum o Timon hoc noſtrum conuiuium eſt, ferunt reſpondiſſe illum, ita, ſi tamen tu non adeſſes. Historia.
Quam primum igitur abſuit a cœtu illo cœleſti miniſter ille Satanæ, cui præſtaret natum non eſſe: Nunc inquit clarificatus eſt filius hominis, ille enim non habebat veſtem nuptialem, Matth. 22. Filioli adhuc modicū vobiſcum ſum. Quæretis me, & ſicut dixi Iudæis, quo ego vado, vos non poteſtis venire. Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoſcēt omnes, quod mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Ioan. 13.
Tenebatur igitur gallina euangelica deſiderio magno epotandi calicis, quem Psal. 68.
B alias baptiſma vocat, in quo intrauerunt aquæ vſque ad animam ſuam, & tamen dicens, filioli: oſtendit quod ægre auellebatur a pullis ſuis, quos filiolos vocat (nomina autem diminutiua teneritatem affectus ſignificant) quia nuper renati erant ſacramentis cæleſtibus, lotis pedibus, & participes effecti myſteriorū paſcæ noui & æterni teſtamenti. Vnde Apoſtolus, filioli quos iterum parturio. Et rurſus, coarctor e duobus, Philip. 1.
vtrumque autem impoſsibile, aut enim hauriendus eſt calix, & relinquēdi ſunt pulli, qui matrem ſequi omnino non poſſunt, adhuc implumes, aut permanendum eſt in carne ſed princeps huius mundi niſi ego exaltatus fuero a terra, non eijcietur foras. Hoc eſt ergo quod dicit: Adhuc modicum tempus vobiſcū ſum. Ioan. 12.
Eadem enim nocte captus eſt, imo forte poſt tres horas. Quæretis me, & ſicut dixi Iudæis, & cætera. Hoc eſt, modo non poteſtis venire, quia Petrus qui putauit ſequi magiſtrum in carcerem & in mortem tertio abijt retro. Dictum eſt igitur Iudæis, quo vado non poteſtis venire, quia videlicet nollebant credere. Apoſtolis non ita dictum eſt, non poteſtis ſimpliciter, ſed modo non poteſtis, ſequemini autem
C poſtea. Ita Petrus ante Crucem volens venire ad Chriſtum ſuper aquas, cœpit mergi, Matth. 14. Poſt reſurrectionem autem cæteris qui cum Petro erant nauigio venientibus quo erat Chriſtus, Petrus impatiens moræ, miſit ſe in mare, & venit. Ioan. 21. Non igitur erant apoſtoli martyrio adhuc idonei & maturi, donec ſuperueniente in eos virtute ſpiritus ſancti, ſolidati ſunt velut Chryſtallus, vt occidi quidem poſſent, flecti non poſſent, qui naturam adamantium induerant, ſicut alias dictum eſt. Sequitur. Mandatum nouum do vobis. Submoto igitur e conclaui angelo Satanæ, dominus Ieſus multa & ſublimia loqui cœpit diſcipulis ſuis, quæ partim illos conſolarentur & confirmarent, partim aduerſus tempeſtatem ingruentem armarent, inculcans ſubinde multa animis eorum quæ tum quidem primum rudes, deinde mœrore & (quod inde conſequitur) ſomno grauati, non poterant ad plenum capere, ſed tamen poſt doctore ſpiritu ſancto plene eſſent intellecturi. Quid ergo dicit? Modicum vobiſcum ſum, receſſus meus omnino eſt neceſſarius, vt princeps huius mundi eijciatur foras. Ioan. 13.
Sequi me non poteſtis, id quod rei
D exitus docebit, dixeritis licet omnes, parati ſumus te ad mortem vſque ſequi. Matth. 26.
Super eſt igitur vt diſceſſum meum viriliter feratis ad triduum, & doctrinam meam moribus exprimatis. Nec mitto vos ad Moſi faciuloſam legem, ſed vnicum ac nouum præceptum vobis impono, in quo tamen tota lex recapitulatur Moſaica, id eſt, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Sed ſi mandatum hoc eſt nouum, quomodo dicit Ioannes, chariſsimi non mandatum nouum ſcribo vobis, & cætera. 1. Ioan. 2. Mandatum inquit vetus ſcribo vobis. Quid enim antiquius, quam hoc mandatum, quod tibi non vis, alteri ne feceris. Tobiæ 4. Vide Matth. cap. 7. Nullus huius præcepti ignorantiam poteſt prætendere, qui quoquo modo rationis eſt compos, dicat licet Cain, non ſum cuſtos fratris mei, erat enim parricida non cuſtos. Gene. 4.
Vnde illud. Cum gentes quæ legem non habent, ea quæ ſunt legis faciunt, oſtendunt hac legem pulli de eſſe. Rom. 2.
Vide Gene. cap. 16. Duobus locis, vnde ſciebat Abimelech adulterium peccatum eſſe grande, & iuramentum rem eſſe inuiolabilem. Vnde ergo mandatum vetus de dilectione nouum vocatur
E a domino? Sed vide quid adiunxit, ſicut dilexi vos. Nam diligunt inuicem viri & vxores, parentes & filij, cognati & affines, & quicunque aliqua neceſsitudine copulantur, quia omne animal diligit ſibi ſimile. Eccle. 13. Matth. 5.
De hac dilectione vel naturali, vel culpabili, qualis eſt lenonum in meretrices non loquitur dominus, quia & Gentes diligūt diligentes ſe: & iuxta prouerbium mutuo muli ſcabunt. Hæc dilectio ſtat cū peccato mortali, imo ſtat cū infidelitate. Ex hac procedebāt verba illa epulonis, rogo te pater, quia habeo 5. fratres, &c. Luc. 16. Dilectio hæc eſt propter bonum vtile, delectabile aut honeſtum, dilectio de qua dominus loquitur, eſt propter vitam æternā, & hoc eſt quod dixit, ſicut dilexi vos, ad hoc amate, ad quod amaui vos. Vnde dicit, vt & vos diligatis inuicem, iuxta illud, gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, hoc eſt lex & propheta. In hoc cognoſcent homines quod mei eſtis, & cætera. Tanquam dicat. Alia munera



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

mea habent vobiſcum etiam qui audituri ſunt: neſcio vos, ſacramenta, fidem ſpem, diſtributionem bo-
Rom. 12. norum ſuorum in pauperes, ſcientiam vtriuſque paginæ, operationem miraculorum & multa huiuſmo-
Matth. 7. di, ſed quoniam charitatem non habent, Cymbala ſunt, etiam ſi cum Paulo penetrauerint tertij cœli ſe-
Matth. 7. creta. Gregorius. Probatio quippe ſanctitatis non eſt ſigna facere (Baptiſta enim nullum ſignum fecit, ſe-
1. Cor. 13. cit tamen mirabilia in vita ſua) ſed vnum quemque vt ſe diligere, de Deo autem vera, de proximo me-
Gregorius liora quam de ſe[...] ipſo ſentire. In hoc enim cognoſcent, & cætera: ac ſi aperte dicat. Quoniam veros
Dei famulos non [mi]racula, ſed charitas ſola probat. Non enim dictum eſt nobis, mortuos excitate, vn-
das maris calcate: [dæ]monibus imperate, ſed teſtimonium superni diſcipulatus eſt donum fraternæ dile-
ctionis. Sed ſciendum quod inimici dilectio tunc vere cuſtoditur, cum nec de profectu eius abijcimur (ſicut
deijciebatur Saul de profectu Dauid) nec de ruina lætamur. Nam Dauid mortem Saul ex qua lætari de-
2. Reg. 1. buerat, lachrymis proſequutus eſt, ijſque non quales ſunt quæ funduntur ad tumulum Nouercæ. Nam F
ſæpe in dilectionis imagine erga inimicum animus fallitur, ſeque hunc diligere exiſtimat, ſi eius vitæ con-
trarius non exiſtat, ſed dilectionis vim occultæ & veracis aut profectus inimici aut caſus interrogat. Eue-
nire tamen plerumque ſol[et] vt non amiſſa charitate, & inimici nos ruina lætificet, & rurſum eius gloria
ſine inuidiæ culpa contriſte[t] cum & ruente eo, quoſdam bene erigi credimus (Dauid, mortuo Saul) &
proficiente illo, pleroſque in[iu]ſte opprimi formidamus, impio cōculcante iuſtiorem ſe. Hab. 1. Sed ad ſer-
uandam dilectionem valde eſt [n]eceſſarium diſcretionis examen, ne cum noſtra odia exequimur, fallamur
Pſal. 57. ſub ſpecie vtilitatis alienæ. Vn[de] ſcriptum eſt, lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam, & cætera. Sed ta-
men diſcernendum eſt hac in re, [a]liud eſſe quod nobis, aliud vero quod ſibi & cæteris noſter inimicus no-
cet. Nam ſi alijs bonus eſt, ſine [n]oſtra forſitan culpa eſſe nōn poteſt nobis malus, nec omnino iam de eius
ruina gaudendum eſt, cuius nos ſolos certum eſt aduerſa toleraſſe. Cum vero noſter ac multorum hoſtis
perimitur, de ereptione proximorum potius quam de inimici interitu neceſſe eſt, vt animus lætetur. Hæc G
Gregorius. Morah. 22. cap. 10. & 11. Et obſerua quod olim milites a ſcribendi ſacramento militiæ, cauterio
inurebantur, quod fit hodie in ſacramento regenerationis, dicente Hieronymo, ſub nomine ſanctæ trini-
tatis vobiſcum pariter cauterio vnionis inurimur in baptiſmate. Et hoc eſt ſymbolum militiæ Chriſtia-
Hierony. næ (notate verba milites Chriſti qui ſignati eſtis. T. ligno ſalutis) charitas, veſtis inconſultis: Sicut di-
Ezech. 9. lexi vos.

Caput. viij. Dicit ei Simō Petrus. Domine quo vadis? Animam meam pro
te ponam. Ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret, ego rogaui pro te repe
titur rurſus de negationibus Petri. Facta eſt contentio, quis eorum eſſet H
maior: quis eum traditurus eſſet. Reges gentium dominantur earum, vos
autem non ſic. Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tētationibus meis, &
ego diſpono vobis regnum. Quando miſi vos ſine ſacculo. Sed nunc qui
habet ſacculū vel peram, vendat: vel vēdet tunicam, & emat gladiū, & c.

DIcit ei Simon Petrus. Domine quo vadis? Reſpondit Ieſus. Quo
ego vado, non potes me ſequi modo, ſequeris autem poſtea. Di-
Ioan. 13. cit ei Petrus. Quare non poſſum te ſequi modo? Animam meam
pro te ponam. Reſpondit Ieſus. Animam tuam pro me pones? Lu-
cas cap. 22. Simon ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triti- I
cum. Ergo nullus de fide tentatur, niſi permittente Deo: ego autem rogaui
pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confir-
ma fratres tuos: de pœni. di. 2. cap. qui vult. Qui dixit. Domine tecū ſum
paratus & in carcerem & in mortem ire. Qui dixit ei. Dico tibi Pe-
tre: non cantabit hodie gallus: donec ter abneges noſſe me. Quod iret dominus Ieſus ad
Pſal. 68. mortem, vt quæ non rapuerat ſolueret, dictum eſt in præcedentibus. Et quoniam Petrus ſingularis domi-
num rogat quo pergat, quod omnibus generaliter dictum eſt, non poteſtis me ſequi modo, id ſibi ſingula-
riter dicitur: Non potes me ſequi modo, gra[n]de autem ꝙ ſequeris, & contentus eſto hac gloria. Quid igi-
tur vis ante vertere in curſu magiſtrum diſcipulus, teſtudo Aſaelem curſu velociſſimum? (2. Reg. 2.) Vm-
bra corpus, ducem cœcus: Sequeris poſtea. Nondum te ſpiritu ſuo ſolidauit Petra. Ne extendas alas nido K
maiores, ſequeris poſtea. Noli deſpondere animum, deſperando, quia animam tuam pro me pones, pones
Matth. 26. autē poſtea, & facies quod me videris feciſſe. Imo & quādo eam pones olim, duceris quo nō vis. Quid
ergo minus nunc me non potes ſequi? Et ſi ſequeris a longe, malo tuo ſequeris, quia ter me negabis, imo
Auguſt. bono tuo, quia diligentibus deū omnia cooperantur in bonū. Rom. 8. Auguſt. ſuper Pſal. 56. Forte Abraā
ante tentationem non nouerat vires fidei ſuæ. Vnuſquiſq; enim ſe tentatione tanq̄ interrogatus agnoſcit,
ſicut nunc Petrus quas vires haberet fides ſua neſciebat, dicens, paratus ſum, dominus autem qui nouerat
eum, prædixit vbi deficeret, pronuncians illi infirmitatem ſuā, tacta vena cordis eius. Proinde Petrus qui
ante tentationem præſumpſit de ſe, in tentatione didicit ſe. Plerumq; enim homo putat ſe poſſe, quod nō
Philip. 4. poteſt aut putat ſe non poſſe quod poteſt. Verum Paulus omnia poteſt in eo qui eum confortat. Cur nō
& Petrus? Nū Paulus maior aut fortior erat Petro? Poterat ergo & Petrus omnia, ſi cōfortaret a Chriſto,
ſed dicente domino, modo nō potes ſequi me, oſtendit ꝙ etiā ſi ad id niteretur, vt modo Chriſtū ſequeret,
Aloqui

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

nunquam conſequeretur, quia non haberet angelum magni conſilij confortantem ſe, ſed ſequeris poſtea.
Alioqui Simon ecce Satanas expetiuit vos, Habet enim & ipſe ventilabrum in manu ſua vt grana eij- Gene. 32.
ciat extra aream, ſi poſsibile eſt, (ſicut dominus purgabit aream ſuam electis paleis) Eſcæ enim eius ele- Matth. 24.
ctæ ſunt iuxta. Hab. cap. 1. & vorato Iuda, cæteros expetit & maxime te o Simon, vt cribret ſicut triti-
cum. Vnde illud. Catuli leonū rugientes vt rapiant, & quærant adeo eſcam ſibi. Auguſtinus. Quomo- Pſal. 103.
do ſibi quærunt eſcam catuli iſti? Quando tentant. Sed quia non accedunt, niſi accepta poteſtate a Auguſt.
deo, ideo dicitur, & quærunt adeo eſcam ſibi. Petijt Satanas Iob tentandum. Quærem eſcam? Opulen-
tam, pinguem electam, cui ipſe deus teſtimonium perhibuit. Diabolus tamen nulli nocet, niſi acceperit
poteſtatem adeo. Sed quando? In nocte rugiunt catuli Leonum. Hac igitur & nocte Satanas expeti-
uit, id eſt vehementer inſtitit vt cōcederetur ei vexare vos ſicut triticum, vt vos cribraret. Quid eſt vexa-
A ret (ita legit Auguſtinus) & comminueret ſicut triticum? Quomodo ab homine triticum non manduca-
tur, niſi primo attritum vt panem faciat, ſic neminem manducat diabolus, niſi primum perturbationem
euerterit & comminuerit in fruſtra, vt manducet. Tu autem quando tribularis, ſi maneas granum, & in
area maneas, non conturberis, nihil tibi contingit, tribula enim paleas colligerit, granū a palea ſpolia-
tur, & reponitur in horreis Dei. Ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua. O profundum iuditiorum Matth. 15.
Dei, terribilis in conſilijs ſuper filios hominum. Cecidit Iudas, & manum ei non porrexit Chriſtus, vt Pſal. 65.
ſaltem poſt lapſum & peccati confeſsionem & pecuniæ reſtitutionem reſurgeret, Petro autem antequam
caderet manum porrigit dicens: Ego rogaui pro te. Et ſi agitandus ſis inquit, habes tamen reconditum
ſemen fidei, quamuis excuſſerit folia ventus turbinis tentationis. Admiratione igitur plena eſt diuina pa-
tientia, ne diffidere diſcipulum faceret, non dum perpetrato crimine, largius eſt veniam, ac iterum ipſum
in apoſtolico gradu reſtituit dicens: confirma fratres tuos. Ita verum eſt quod dicit Paulus: Nouit domi-
B nus qui ſint ſui, qui tradentur vt cribrentur ſicut triticum & vt fiant eſca Leonum, ſed id triduo tantum,
ſicut Ionas & Petrus, qui tertio negauit, qui cribrandi ſunt, ſed non comminuendi omnino ſicut Iob, qui
tradendi ſunt, vt paulominus habitet in inferno anima eorum, ſicut Dauid, aut qui viui deducendi ſunt
ad inferos ſicut congregatio Abiron. Et tu aliquando conuerſus, confirma fratres. Vt ſciat inquit condo- Pſal. 93.
lere ijs qui ignorant & errant, quia & ipſe circumdatus eſt infirmitate. Ipſe prius eguit oratione paſto- Num. 16.
ris, & iumento & oleo & vino & humeris. Lucæ. 10. Habet autem eccleſia ſuos Antheos, qui quoties Hebr. 5.
terram contingunt per lapſum, etiam ſepties in die (Prouerb. 24.) fortiores reſurgunt, vt qui prius egne-
runt aliena ope, poſſint eſſe aliorum columbæ. Ita enim vocat Paulus Petrum & Ioannem. Gallat. 2.
Sicut autem dixit Romanus quidam dux, qui ſere cum ſuis interierat (niſi opem tuliſſet F. Maximus) ni- Hiſtoria.
hil magnis in rebus ab errare, maius eſt quam ab homine effici poſſit, vbi vero erratum ſit, recte admo-
nentibus obtemperare, boni viri & ſapientis eſt. Ego & ſi fortunæ nonnihil ſuccenſeam, fateor tamen
C magnam me illi gratiam debere. Quæ enim tam longo tempore non didiceram, ea me vel parua diei par-
te docuit, cum norim me ipſum, imperandi alijs peritiam non tenere, ſed mihi imperio alterius opus eſſe,
nec cum eis de victoria de certare, a quibus vinci pulcherrimum eſt. Hæc Minutius conſul. Tu igitur Pe-
tre poſtquam ter me negaueris & egreſſus foras fleueris amare, noli de cætero altum ſapere, ſed time, ne
deterius tibi contingat, Rom. 11. & confirmabis oues & agnos quos tibi tradam paſcendos. Ioā. 21. Quod
autem ſequitur, domine paratus ſum in carcerem, & cætera. Expoſitum eſt, & eſt hic repetitum propter
ordinem textus. Et certe Petrus in tanto periculo conſtitutus, tam ingenti catena circunfuſus, non modo Ioan. 3.
non fugit, verum etiam gladio nudato, ſacerdotis ſerui aurem ſecuit, aggreſſurus maiora, niſi audiſſet, cō-
uerte gladium in locum ſuum. Denique ſequutus eſt dominum in carcerem vſque, ꝙ ſi res pro voto no
ſucceſsit, homo erat Petrus, non deus. Et ipſi cœperunt quærere inter ſe, quis eſſet qui eum
D traditurus eſſet, Lucæ. 22. Baſilius. Sicut enim in corporalibus paſsionibus ſunt multæ quas non ſen- Ioan. 13.
tiunt patientes, porro magis adhibent fidem coniecturæ medicorum, quam propriam ſenſibilitatem at-
tendant, ſic & in animæ paſsionibus, ſi quis in ſe peccatum non ſentiat. Credere tamen debet ijs, qui Baſilius.
plus poſſunt cognoſcere ſua peccata. Cum ergo vndecim ex apoſtolis nulla talis cogitatio inſpexerit
(abſit) magis tamen credebant magiſtro dicenti, vnus veſtrum, & cætera. Quem ex multis credebant
nihil fugere, quam ſibi ipſis, & timentes fragilitatem humanam, inquirunt de peccato cuius non habe-
bant conſcientiam, etiam poſtquam receſſerat Iudas venditor & caput tanti ſceleris. Vnde ſequitur ex
Luca. Facta eſt autem & contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior. Au-
dito quod vnus eorum eſſet proditor, obreſcit ambitio, occaſionem nacti ex eo quod ex tunc plene in-
tellexerunt, Chriſtum vere occidendum, & propterea contendunt de primatu poſt mortem boni paſto-
ris. Vſque ad illam enim horam, cum de morte ſua loquebatur parabolam putabant eum loqui. Dixit
autem eis. Reges Gentium dominantur earum, & qui poteſtatem habent ſuper eas
E benefici vocantur, vos autem non ſic, ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor,
& qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui recumbit, an qui mi-
niſtrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat.
De hoc, vide Matth. cap. 18. & cap. 20. Vbi ponuntur eadem verba licet ex alia cauſa. Apoſtoli. Pa-
tia eſt inquit contentio indigna certe tantis viris tamē homines erant, & antequam. Spi. S. implerentur.
Sed & Paulus & Barnabas aliquādo non leuiter contenderūt poſt acceptum Spi. S. qui docuit eos omnē
veritatem. Cæterum de ſupplen. negli. Prælatorū, ca. quoniā aliqui. Statutū eſt ꝙ ſummus pōtifex poſsit
renuntiare papatui. Id quod fecit cæleſtinus, Cyriacus, & Marcellinus. Sicut autem dicit Theophylact9. Theophy.
veriſsi-



Fondo Reservado de El Colegio de Jalisco

veriſimile eſt, quod dixerit vnus alteri, tu proditurus es magiſtrum, & ſic ſinguli cæteris, & inde gli-
ſcente contentione (vti fit) peruentum eſt ad id, vt dicerent, ego ſum melior te, ego ſum maior, nam de ſa-
1. Cor. 1. pientia vel generis nobilitate, neſcio ſi contenderunt, cum iuxta apoſtolum ſtulta & ignobilia & quæ
non erant elegerit Chriſtus dominus, & tamen quales eſſent, contendebant, verum contentio vt præ-
dicitur honeſtum habens argumentum, gliſcente ira, malum habebat vel habiturum erat exitum, niſi do-
minus mederetur præcipijs. Diximus in ſuperioribus quod apoſtoli opinabantur dominum ſtatim a morte
regnaturum temporaliter, & hoc perquirebant, quis poſt dominum Chriſtum primatum habiturus eſſet
in hoc regno, de quo dominus inter cœnandum meminit. Dixit autem eis. Reges gentium dominan-
tur earum. Cum dicit gentium, non excludit Iudæorum reges, de quibus ſcriptum eſt, pater meus cecidit
3. Reg. 12. vos flagellis, ego autem, &c. Et huiuſmodi reges in eo videntur benefici, non ſi optime mereantur de po-
pulo, ſed ſi vel parum remittant de tributis quibus primunt & excoriant ſubditos. Ita enim ſcriptum eſt. F
Imminue paulum de imperio patris tui duriſsimo & de iugo grauiſsimo quod impoſuit nobis, & ſer-
uiemus tibi, hoc eſt vt dicitur Cyclopis donum. Vtinam huiuſmodi principes finem ſortirentur, quē An-
Andronic⁹ dronicus Romanus imperator. Hic enim ſiue in ordinem reductus, ſiue victus prælio, teterrima eſt mor-
te mulctatus. Enim vero altero lumine priuatus, a ſino impoſitus, per totam eſt vrbem circumuectus,
præpoſtere ſedens, aſini cauda manibus pro ſceptro alligata, capite alliorum reſte præcincto, diadematis
loco, promiſcue viris mulieribusque in præteruehentem multa probra iacientibus, congerentibusque in
eius faciem lutum, & alia dictu fœdiora. Demum eo proceſsit ira, vt pendens laqueo, vncis & harpago-
nibus a mulieribus petitus, multæque particulam corporis ex laniatu adeptæ, mandare ſint auſæ. Et An-
dronicus per hæc tam atrociter perijt, qui antea imperauerat, in nullo beneficus, carnifex in cunctos. Cæ-
terum Agaſicles rex Lacedæmoniorum ad eum qui negabat, quomodo quiſque ſatellitibus tuto regna-
Agaſicles. re poſsit, ſi ſuis inquit populis ita imperauerit vt parentes filijs. Sed ius regum non eſt imitari parentes, G
ſed dixit Nero, oderint dum metuant. Cæſar Auguſt. Cum audiſſet Alexandrum maxima terrarum
Cæſar. parte ſubiecta, addubitaſſe, quid nam per reliquum vitæ tempus facturus eſſet, demiratus eſt quod non
maius opus Alexander exiſtimaret, partum gubernare imperium, quam magnum acquiſiſſe, ſed ius regis
non eſt parcere ſubiectis, & tueri regni iura. Quid ergo? Alij viderint. Et tamen hi qui poteſtatem exer-
cent in ſubiectos, vocātur benefici, & ſotheres, de quo multa diximus ſuper illud: ecce rex tuus. Matth. 21.
Plutarch. Perſarum quidem rex omnes pro ſeruis habebat præter vxorem ſuam, cuius maxime conuenie-
Plutarch⁹ bat eiſe dominum. Quemadmodum autem deus in cælo pulcherrimum ſui ipſius ſimulacrum conſtituit
ſolem, talis eſt in republica imago ac lumen princeps, qui iuſticiam tuetur, hoc eſt Dei rationem geſtat,
nempe intellectum, non fulmen aut tridentem, qua ſpecie nonnulli ſe ipſos fingunt, ſtulticiam ſuam quo vi
deantur in acceſsi, reddentes inuiſam. Vos autem non ſic, ſed qui maior eſt, & cætera. Non enim (verbi H
gratia) manus poſita eſt in corpore vt noceat membris, ſed vt miniſtret, tueatur & protegat. Vnuſquiſque
1. Pe. 4. ſicut accepit gratiam, in alterum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores, non ſicut faciunt merce-
narij & prædones. Obſerua autem Adoniam volentem principari, cui nec hac ſucceſsit, imperium rapiēs,
neque illa Abiſac deperiens 3. Reg. 1. & 2. Nam quis maior, qui recumbit, an qui miniſtrat? &c. Quor-
Dani. 7. ſum hæc rogat dominus? Si ordinem rerum attendis, rogo quis maior, qui ſedet in throno, & thronus eius
flammæ ignis, & currus eius multiplex millia lætantium (Pſal. 67.) an millia milium qui miniſtrant ei?
Eſai. 45. Nonne qui recumbit? Palam eſt. Hic eſt rerum ordo. Et tamen quo formam vobis & exemplar humilita-
Eſai. 40. tis præſcriberem, is cui flectitur omne genu & ante quem omnes gentes ſunt velut ſtilla ſitulæ, velut mo-
mentum ſtateræ, velut puluis exiguus, velut nihil & inane, & quaſi non ſint (obſerua ſingula verba hæc)
aſſumpta ferui forma, in medio ſum vnde ſicut qui miniſtrat. Præcingi enim linteo infundere aquam, la- I
uare pedes, ſerui officium eſt non domini. Non eſt autem omnifariam verum, quod maior ſit qui recum-
bit quam qui miniſtrabat, imo qui conuiuio excipit alios, eo ipſo maior eſt, ſicut legimus feciſſe non ſemel Lo-
Ludouicus douicum Francorum regem qui frequenter centum. 20. pauperibus qui in curia ſua cotidie reficiebantur,
abunde in diebus feſtis per annum ante quam ipſe comederet, manu propria fercula miniſtrabat. Ita &
Gene. 18. Abraam ſtabat, ſedentibus tribus viris, quos primum homines reuera putabat iuxta Chryſoſtomum. Ita-
que cōmuniter qui amicos vocat vel pauperes ad prandium, maior eſt recumbentibus, ſed ciuilitatis gra
Luce. 17. tia cæteris recumbentibus, ille circa multa ſatagit. Lucæ. 10. Ego igitur cum iure meo recumbere poſſem,
& veſtro vti ſeruitio, qui ſerui inutiles eſtis, tamen ita conuerſatus ſum inter vos, tanquam omnium ſer-
uus. Vos autem eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpo-
no vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam K
meam in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos, iudicantes, 12. tribus Iſrael. Dicens au-
tem vos eſtis, oſtendit id quod ſuperius præfati ſumus de monte Ambroſii & Abulenſis, quod videlicet. 72.
abierant retro, & iam non ſequebantur eum. Sed quomodo dicit, ſedes duodecim, cum ibi non eſſet Iu-
Theophy. das? Et dato quod eſſet, ſeſſurus non erat. Sed adhuc parcit nomini proditoris. Theophyl. Edatis inquit. Ex
Ebter. 7. metaphora id dictum eſt eorum qui a regibus honorantur. Nam qui cum regibus cœnant videntur pri-
mos honores ſortiri. ſicut patet in Amam, in Dauid, & in fratribus Ioſeph. Gene. 43. Si requiras autem
Auguſt. inquit Auguſtinus cur eis deus perſeuerantiam non dedit, qui eam qua Chriſtiane viuerent dilectionem
dedit? Me ignorare reſpondeo. Cur inquam non eos rapuit, ante quam malicia intellectum eorum mu-
taret? Sapien. 4. Dicitur autem, permanſiſtis, ad eos qui breui deſertorum nomine cenſendi erant. Ta-
Apoc. 20. men ſcripti erant in libro vitæ non atramento, non ſtilio ferreo, ſed digito Dei viuentis. Vos igi-
tur eſtis qui permanſiſtis mecum, qui ſi hoc eodem animo perſtiteritis, ſemper ob oculos haben-

tes exem-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ets exemplar quod hac nocte vobis exhibitum eſt, ego viciſſim vos regni mei cohæredes faciam & com-
participes, vt ſedeatis in thronis 12. de quo dictum eſt Matth. cap. 19. Quæ tamen omnia vt prædicitur, Matth. 22.
ſecundum ſimilitudinem dicuntur, in cælo enim nec nubent, nec vxores ducent, nec vtentur ſancti cibo
& potu, ſed quo ad iſta erunt ſicut angeli Dei. Sciendum quod Innocentius pontifex qui decretalia col- Cardinal.
legit, ſtatuit vt ſupremi ordinis antiſtites qui loco apoſtolorum ſucceſſerunt, equo ſ[ede]ntes, puniceo v-
terentur galero, vt maior adhuc ipſi ordini accederet maieſtas. Id ſi verum eſt, iru[...] & mendaciter. S.
Hieronymum hoc habitu pingunt vel fingunt qui tanto tempore præceſſit Innocen[ti]am. Via igitur ad-
eundi regnum Chriſti non eſt per ambitionem, non per carnis cognationem ad Chriſtum, ſed imitando
humilitatem Chriſti. Hoc eſt enim quod dicit, diſpono vobis regnum ſicut diſpoſuit mihi pater. Diſpo-
ſuit autem pater, Chriſtum dominum exaltandum ſuper omnes cælos, propter hoc quod factus eſt obe- Phil. 2.
A diens vſque ad mortem crucis. Legimus de auaritia Galbæ imperatoris, oppoſita lautiore cœna, ingemuiſ- Galba.
ſe, & ordinario quidem diſpenſatori breuiarium rationum offerenti, parop[ſi]dem leguminis pro ſeduli-
tate ac diligentia porrexit. Cano autem coraulæ mire placenti, donaſſe dici[tu]r denarios 5. prolatos ma-
nu ſua e peculiaribus loculis ſuis tantus Nebulo cumini ſector. Ego autem [in] regno meo menſæ meæ vos 1. Cor. 2.
participes faciam, ſicut & in præſentiarum videtis, vbi illa bona miniſt[ra]ntur vobis, quæ in cor ho-
minis non aſcẽderunt. Et dixit eis. Quando miſi vos ſine ſacc[u]lo & pera & calceamen- Luc. 22.
tis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nih[il]. dixit ergo illis. Sed nunc
qui habet ſacculum tollat, ſimiliter & peram. Et qui non [h]abet, vendat tunicam ſuã
& emat gladium. Dico enim vobis quoniam adhuc quo[d] ſcriptum eſt, oportet im-
pleri in me, & cum iniquis deputatus eſt. Etenim ea quæ ſunt de me, finem habent.
B At illi dixerunt, ecce duo gladij hic. At ille dixit. Satis eſt. Eſt autem ſenſus. Quoniam
enim futurum erat vt euangelicæ prædicationis faſtigium & ſumma manus ſine ſanguinis effuſione non
imponeretur, ſicut dicit Paulus, ego iam immolor, nihil autem morte formidabilius, quo factum eſt vt 2. Tim. 4.
Petrus negaret tertio, idque non interrogatus tormento, aduerſus hoc quoque certamen eos præmuni-
re voluit, non ſolum exemplo ſuæ mortis, verum etiam ſubſequenti ſermone. Proinde vt ex ijs quæ iam
fuerant experti, fidem facerent eorum quæ poſt erant conſequuta (præteritarum enim rerum exhibitio eſt
futurarum certitudo) commone facit eos priſtinæ prædicationis. Quando inquit miſi vos ſine ſacculo,
& cætera. Cumque reſpondiſſent, nihil omnino ſibi defuiſſe, vocat ad ſublimiora, quæ tamen ipſi om-
nino non intellexerunt, ſicut dicetur infra. Videtis inquit huiuſque non defuiſſe vobis diuinam proui-
dentiam, nudis vobis ab omni humano auxilio, nequid hæc vos grauet ſollicitudo. Quemadmodum Matth. 6.
ergo de victu & veſtitu prouidit vobis, qui paſcit coruos & lilia veſtit, ita nihil eſt quod de defenſione Luc. 21.
C ſitis anxij, ſi quando traditi fueritis ad reges & præſides propter nomen meum, quod non raro contin-
get. Nam eiſdem armis ſuperiores eritis quibus ego vici. Dicam & illud. Eo eritis expeditiores ad con-
ſerendum manus cum hoſte, qui nihil in hoc mundo proprium poſſidet, quo omni fueritis humano au-
xilio deſtituti. Vnde & Dauid arma Saul abiecit, quæ ei oneri potius futura erant quam vſui. Et hoc eſt 1. Reg. 17.
quod dicit, qui habet peram aut ſacculum tollat, ideſt abijciat, vno enim tantum gladio opus eſt, quo
qui accinctus eſt, a nulla creatura ſeparari poteſt a charitate quæ eſt in Chriſto Ieſu. Dicamus interim q Rom. 8.
hanc peram quam abijciendam mandat Chriſtus, implendam potius curauit Bonifacius Papa nonus, Sabellicus.
qui primus omnium inſtituit anatas, videlicet vt qui beneficium indipiſceretur, dimidium annui pro- Ambroſi9
uentus pontificio ſolueret fiſco, ſubijciamus autem commentum Ambroſij, vt pateat Chriſtum dominũ
de gladio ſpiritus intellexiſſe, quod multi aliter interprætantur. Cur inquit emere iubes gladium, qui feri-
re me prohibes, & alteram parare maxillam? Matth. 5. Cur habere præcipis, quem vetas promi, dicens,
D reconde gladium tuum? Luc. 22. Niſi forte vt ſit parata defenſio: non vltio neceſſaria, vt videar potuiſſe
vindicari, ſed noluiſſe. Lex quidem referire me non vetat, & ideo fortaſſe Petro oſtendenti duos gladios
(imo omnes dixerũt: ecce duo gladij) ſatis eſt dicit, quaſi licuerit vſque ad euangeliũ, vt ſit in lege æquitatis
eruditio, in euangelio bonitatis profectio. Patet autem ex his verbis apoſtolorũ, q ipſi ferreos intellexe-
rint gladios emendos, qui tamen rogandi erant, num nudi & accincti enſibus, vndecim mittendi erãt in Chryſoſt.
bellum vel in medio luporum. Nam iuxta Chryſoſt. ſi humano eos volebat vti præſidio, nec centum ſuf-
ficerent gladij. Quod ſi nollebat eos vti humano præſidio etiã duo ſuperuacui erant. Itaque dicens, ſatis eſt,
ironice videtur loquutus. Satis eſt inquit, vides eos rudes, nec intelligere verba domini, dimiſit eos, nec vo- Ambroſi9
luit redarguere. Sed nunc inquit qui habet peram, tollat. Ambro. Accipitres vbi pullos aduerterint tentare
volatus primordia, nidis eijciunt ſuis: continuoque eliminant, ac ſi morentur, propulſant pennis atque præci-
E pitant, coguntque audere quod trepidant, neque vllum poſtea deferunt his munus alimoniæ. Quid mirũ ta-
men, ſi rapere aſſueti, nutrire faſtidiunt? Cauent ne in tenera ætate pigreſcant, ne marceſcant ocio, ſoluan-
tur delitijs, ne naturæ ſuæ deponant vigorem, ne cibũ diſcant magis expectare q quærere. Quæ Ambro. Accipitur.
verba ſi ſpiritualiter intelligatur, ſatis aſtipulantur huic ſententiæ, vendat perã & ſacculũ & ſi ſenſerit vẽ-
dat tunicam vt emat gladium, quo proprias vires oſtẽdat, & cum Minerua manum quoque admoueat. Ad
hec Auguſt. quæſt. noui & vete. teſtamenti q. 104. Quod mandat diſcipulis, ne vel perã ſumant in via, Auguſt.
vel æs in zonis, patet cauſa, & gratia virtutũ, & affabilitas doctrinæ. Quid enim opus erat extollere in Matth. 10.
via, qbus ſignorũ cauſa oia offerẽda erant? At vbi tẽpus quo ſe pati pmiſit aduenit, armatos iubet eſſe di-
ſcipulos, nõ vt repugnaret, qui pati volebat, ſed vt præſcium ſe huius rei, & in poteſtate ſe habere paſſio-
nem ſuã oſtenderet. Non inquã inimicorum tantũ, verumetiam diſcipulorũ cauſa ad ſuperuenturum bel-
lum arma procurari præcipit. Fortes enim fortuna iuuat, non eos qui velut cochleæ latent inter teſtas.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Sed quando? qui poſt quattuor horas capiendus erat. Noua enim & mirabilis res futura erat, vt is qui no
ua & in audita faciebat, ſic ſubito verberibus & cruci ſubmitteretur. Hac ergo cauſa gladios parari iuſſit,
Chryſoſt. quin autem ſuo loco reſtituit, & Petro iubet recondere gladium Lucæ. 22. Hæc ille. Ad hæc, Chryſoſto.
ſuper Matth. cap. 10. Nolite poſsidere aurũ. Hoc aliquando apoſtolis præcepit dominus. Propinquus au-
tem morti, dicit: Qui non habet marſupium tollat, ſimiliter & peram. Quare hoc nunc, & illud prius præ
cepit? Audi. Ab initio vocationis hoc faciebat dominus, vt diſcipuli periculum virtutis ſuæ facerent, &
poſt hac in orbem terrarum exituri, hoc exempli animati, ſibi magis fiderent. Verum ibi potentiam Chri
ſti agnoſcere cœperunt, voluit vt & ipſi dominicæ virtutis aliquod ſpecimem præberent, permiſitque
ipſos met ſuas ferre tentationes, ne videlicet perpetuo ocioſi reſiderent, & ad finem vſque quaſi pueri ge-
Analogia. ſtarentur. Et quemadmodum qui artem natandi docent, principio multa diligentia diſcipulos geſtãt, poſt
vnum autem aut alterum vel trium diem ſubtracta dextera, illis præcipiunt vt ſe ipſos iuuent, & non- P
nunquam illos parumper mergi ſinunt, ita vt & multum ſalſuginis ſorbeant, ſic & hic. Nam Chriſtus ab
initio ſuos nihil pati ſinebat, ſed vbiq; aderat circundans & muniens. De fuit vobis inquit aliquid? Nihil
domine. Cum vero tempus fuit vt virilitatem ſuam ipſi declararent, ſubtraxit aliquando beneficium,
præcipiens eis vt ipſi per ſe multa perficerent. Sic cum nihil habebant, nihil defuit eis. Cum vero marſu-
pium habebant & peram & calceos, inueniuntur eſurientes & nudi. Liquet ergo cur paſſus eſt eos perti-
clitari & affligi, videlicet vt mercedem aliquam habeant. Et quemadmodum aues pullos ſuos fouentes,
tamdiu in nido ſedent, donec eorum plumæ increſcant, quas dum increuiſſe viderint, eos primum cir-
ca nidum volitare docent, deinde adminiculo ſuo totos deſtituunt, ita faciebat & Chriſtus. In paleſti-
na enim quaſi in nido nutrificabat eos, & exin eos volare docuit & geſtans ſicut aquila pullos ſuos,
Deuter. 32. Tandem eos permiſit volare velut nubes in totum orbem. Eſai. 6. dato eis mãdato, ne ſibi ipſis deeſſent. Q
Analogia. Nihil vobis deerat, quando miſi vos ſine pera, & cætera. Sed nunc volo vos & paupertatem experiri, &
ea propter ad legem priorem obſtrinctos eſſe nolo, neq; a vobis idem quod antea exigo, vt ne quaſi per
inania organa per vos operari exiſtimer. Vnde dicit: Qui non habet gladium, vendat tunicam & emat.
Quidnam hoc? Armat ne diſcipulos, qui dicit ſiquis te percuſſerit, & cætera quæ habes Matth. & armarq;
vno tantum gladio? Certe ſi omnino armis opus erat, nõ ſolum gladio ſed & ſcuto & galea & panoplia
armare oportebat. Sed nunquid vel ſic armari, contra tot Tyrannos parui homines & idiotæ ſtare pote-
rant? Quare ergo hoc dicit? Iudæorum inſidias indicare volebat, & paſſurum ſe a Iudæis quę paſſus eſt.
Vnde ſtatim intulit, q oportet impleri quæ ſcripta ſunt de me, illud videlicet Eſai. cap. 53. & cũ iniquis re
Prouerbiũ putatus eſt. Diſcipulis autẽ non intelligentibus quę dicebantur, & duos oſtendimus gladios (ſaltes vide-
licet poſtulabam) reſpondit dominus, ſatis eſt, tam & ſi non ſufficiſſent cẽtum, ſi eos humano auxilio vti H
voluiſſet. Quod ergo oſcure dictum erat, qui habet marſupium tollat & peram, clarius dictum eſt, cum
Theophy. ſubiunxit, & qui non habet, vendat tunicam & emat gladium. Hæc ille. Theophyl. ita dicit. Quoniam
enim illi prius de primatu contenderant, non eſt inquit tempus ambitionis, ſed periculorum & cædium
& famis. Nam & ego magiſter veſter ad mortem abducor. Significat igitur breui tantas futuras inſidias,
quales nunquam fuerunt, & q inuaſuri ſint illos viri homicidæ. Itaq; mala quæ iamiam eis impendebant,
percuſſo paſtore, nomine ſacculi, peræ & gladij ſignificat. Pro inde inquit ne ſitis ignaui, quia & famem
experturi eſtis, & opus habebitis edulijs, quæ per peram ſignificantur. Et viriles eſtote, quia in multa ad-
uerſa incidetis, quod per gladium indicat. Hęc igitur dicit, non vt omnino gladijs ſint accincti. Quid enim
opus cum machæris? Sed vt dixi ſignificans bella & pericula, & docens, vt ad omnia parati ſint. Hæc
ille. Caietanus. Non dixit, ſatis ſunt, ſed ſatis eſt, vt ſignificet impertinentem fuiſſe reſponſionem diſcipu I
lorum, & ideo poſt habitam a domino Ieſu. Humano enim more ſilentium imponentes ſermoni de ali-
Faber. quo negocio, dicimus, ſatis eſt, ita & Chriſtus. Faber ita dicit. Satis eſt. Chriſtus de alio intellexit gladio,
illi alios oſtendere. Chriſtus dicit, ſatis eſt habere duos gladios, ſi ſint quos ipſe intelligit, videlicet nouum
& vetus teſtamentum. Et cur ita ſit neceſſarius gladius euangelicus, ſequitur, quia oportet impleri quod
ſcriptum eſt, & cum iniquis, &c. Vnde cum ipſe cito tollendus eſſet de vita, illi docturi erant gentes. Vt
igitur ſummatim dicamus, verba illa, qui habet ſacculum, duobus modis poſſunt intelligi, vel tollat, idest
abijciat, & hoc verius, vel tollat, ideſt ſibi prouideat iuxta Chryſoſtomum. Quod autem dicit de gladio,
nullomodo poteſt exponi de gladio materiali, ſed vel nomine gladij ponit ob oculos eorum, perſecuto-
rum inſidias iuxta Auguſt. & Theophyl. vel nomine gladij intelligit doctrinam in paſtoribus iuxta Fa-
brum, & primam expoſitionem quã poſuimus. Et ſciendum q Græcorum leges non qui enſem aut lanceã K
Clypeus. ſed qui Clypeum amiſiſſent, damnabant mulcta, docentes, oportere militem non prius malo affici, quam
afficere hoſtes curare. At ſermo euangelicus oppoſitum iubet, de ſcuto enim hoc loco non meminit, ſed
Ephe. 6. non vos inquit defendentes fratres, ſed date locum iræ. Rom. 12. Accipite autem gladium verbi Dei. Ibi
quando ſumendum eſt ſcutum, in quo inquit poſsitis omnia tela inimici ignea extingere. Eſt autem ob-
ſeruandum quomodo gladios oſtendunt apoſtoli, quibus claues regni & ſedes. 12. Promiſſæ ſunt, & mẽ-
ſa illa omnium bonorum pleniſsima. Sed forte meminerant dixiſſe dominum, non veni pacem mittere in
Matth. 10. terra ſed gladium. Sed quid piſcatoribus cum gladijs cum arietibus & bombardis? Et eo ventum eſt ma-
Plinius. lorum inquit Plinius, vt ferro homines alas fecerint, nunc tormentis excuſſo, nunc lacertis, nunc vero pe-
nato, quam ſceleratiſsimam humani ingenij fraudem arbitror. Siquidem vt ocius mors perueniret ad ho-
Porſena. minem, alitem illam fecimus, pennaſque ferro dedimus. Et ſciendum q in fœdere quod expulſis regibus
1. Reg. 13. populo Romano dedit Porſena, nominatim cõprehẽſum meminimus, ne ferro niſi in agricultura vteretur
& cum ſtillo ſcribere intutum, vt vetuſtiſsimi autores prodiderunt. Sed & de Iudæis ſcriptum eſt. Porro
Faber

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

Faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Iſrael. Cauerant enim Philiſtijm, ne forte facerent Hebræi
gladiū aut lanceā. Cūq; veniſſet dies prælij, nō eſt inuetus enſis & lancea in manu totius populi qui erat
cū Saul & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio ſuo. Et iſti ſunt duo gladij q ſatis ſuperq; ſunt. 1.Reg.13.
Sed o mutationem dextræ ſed non excelſi, qui paſtores ſunt, quorum inſigna ſunt claues. Ipſi gladios oſtē- Suetonius
dunt, eoſq; vtrinque incidentes. O mucro domini vſquequo non quieſces? Ingredere in vaginam tuam,
refrigerare & ſile, quia reuera ſatis pugnatū eſt. Refert tranquillus de Claudio. C. qui adeo humana exu-
erat viſcera, vt cum par quoddam gladiatorum ſe coram mutuis ictibus concidiſſet, cultellos ſibi paruulos
ex vtroq; ferro in vſum ſeri ſine mora iuſſerit. Quocunque autem gladiatorio miſerere vel ſuo vel alieno
etiam forte pro lapſos iugulari iubebat, vt expirantium faciem videret. De his ſatis. Iſti enim non impe-
ratores non homines erant, non iumenta, ſed monſtra & ſpectra humani generis, hydræ & chimeræ.
A Quod autem dicit: Et enim ea quæ ſunt de me, finem habent, hunc habet ſenſum. Tempus enim adeſt, vt
quicquid de me prædixerunt prophetæ, id in me opere perficiatur, ne amplius audiret Samſon ex ore di-
lectæ ſuæ, dicis quod diligis nos, cor autem tuum longe abeſt. Iudi. 16. Fortaſſis autem diſcipuli rudes ad-
huc & ſimplices ita intellexerunt verbum Chriſti, ſatis eſt, quaſi duobus his gladijs quos apud ſe habe-
bant paratos, ſuſtineri poſſit primus inimicorum congreſſus. Sed quid in ea facerent cæteri nouem in-
ermes? Nempe quod fecerunt, fugerunt enim illico omnes. Quod autem Phinees occidendo duos, placa-
uit iram Dei, & obtinuit ius perpetui ſacerdotij, id eo tempore factum, quando cantabatur, deus vltio- Num. 25.
num dominus. Pſal. 93. Nunc autem poſtquam vera pax deſcendit de cælo, legendum eſt, ego occidar, vt
vos viuere faciam. Deuteron. 32.

B Caput. ix. Non turbetur cor veſtrum. In domo patris mei manſios multæ ſunt. Ego ſum via veritas & vita. Oſtende nobis patrem & ſufficit nobis. Tanto tempore vobiſcum ſum. Quodcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam.

ET ait diſcipulis ſuis. Non turbetur cor veſtrum. Creditis in deum Ioan. 14.
& in me credite. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Sin mi
nus dixiſſem vobis, q vado parare vobis locum. Et ſi abiero & pa
rauero vobis locum, iterum, ideſt venturus ſum, & accipiam vos ad
me ipſum, vt vbi ſum ego & vos ſitis. Et quo ego vado ſcitis, &
viam ſcitis. de pœni. diſt. 4. in domo. Ioan. 14. Sicut dicit apoſtolus & verum di
cit, ſi in hac vita tantum ſperamus, quid eſt aliud vita noſtra q vita Brutorum, 1. Cor. 15.
comedere & bibere, & in bonis ducere dies noſtros, paruos & malos (o paruos &
C malos. Gene. 47. & interim repleri multis & magnis miſerijs. Iob. 14.) & tamen
mori velut vnum ex iumentis. Id ſi verum eſt, miſerabiliores ſumus cunctis hominibus. Nam ciues ſæculi
huius & conciues Cain, fruuntur ſaltem hoc ſæculo dicentes, nullum ſit pratum quod non pertranſeat lu- Sap. 2.
xuria noſtra, quoniam hæc eſt pars noſtra. Cæterum boni viri qui ſua reliquerunt, & nec veſtigium pedis Actu. 7.
acceperunt in terra, qui iuxta Paulum cotidie moriuntur. 1. Cor. 15. & cotidie ſtant in ſtadio, conſerentes
manus cum neſcio quo antheo, qui collapſus, fortior reſurgit, pugnantes cum neſcio qua hydra, cuius v-
num caput immortale eſt, quæ iuſtis ſemper noua excitat certamina, ſi poſt tot partas de hoſte victorias,
coronam iuſtitiæ non accipient, miſerabiliores ſunt cunctis hominibus. Sed tamē Audi, de ducentibus in Pſal. 72.
bonis dies ſuos quid dicat propheta, Quomodo facti ſunt in deſolationem? Subito defecerunt. Velut ſom-
nium ſurgentium defecerunt, vt qui dormientes videbantur glorioſi, videbantur habere caput ex auro, Dani. 2.
D pectus ex argento, & modicum quidem ex pedibus terrenum, ſed id inter dormiendum erat. Corniculæ Iob. 14.
igitur cum eſſent, ſicut nudi egreſſi ſunt ex vtero matris ſuæ, ita nudi reuertentur, atq; vtinam ad vterū, Lucæ. 9.
& non ad terram tenebroſam, vbi nullus ordo, ſed horror æternus. Quid autem de his qui ſublata cruce 1. Reg. 6.
ſua cotidie, nec vnguem latum receſſerunt a via quæ recta ducit ad vitam (Matth. 7.) licet interim mugi-
rent pro recluſis vitulis! Non inquit turbetur cor veſtrū. Hic enim mūdus pugnæ locus eſt, nū quietis, thea- 1. Cori. 6.
trū eſt, ſcena, labyrinthus & ſtadium, in quo ex multis certantibus vix vnus coronatur. Sed ad rē. Dixerat
dominus in præcedentibus Petro ſoli, ſequeris autem poſtea, cæteris dictū eſt, non poteſtis me ſequi mo-
do, nec ſubiecit ſequemini me poſtea, licet id ſubintelligi voluerit. Ne Petro igitur tantū hanc promiſſio-
nē factam opinarentur, adiungit, non turbetur cor veſtrū, quia in domo patris mei mā ſiones multæ ſunt.
Cæterū quattuor legimus dixiſſet dominū ſuis, in nocte qua tradebatur, quæ perturbare potuerunt ani-
E mos illorū, qui adhuc nō plene de domino ſentiebant. Primū illud, percutiā paſtorē, & diſpergentur oues, Matth. 26.
ſeparari autē ab amicis iuxta philoſophū, durū valde eſt, quando Maria nec a ſepulchro Chriſti auelli po Ioan. 20.
terat, etiā recedentibus cæteris. Ioan. 20. Secundū, q vnus eorum erat eum traditurus. Tertium q Petrus
qui videbatur eſſe caput cęterorū illum erat negaturus idq; non ſemel. Quartū q pararent ſibi gladios
imminenti procellæ imo & turbini, qui cū eſſent numero vndecim tantū, duos tantū habebant, eoſq; nō
qualis erat Goliath. 1. Reg. 17. Quod ſi ſingula hæc perturbare potuerūt apoſtolorū pauidū cor, quid omnia
ſimul ſumpta? Theophy. Cū igitur princeps Petrus qui tā illuſtris erat, orius q gallus caneret, dominū erat
negaturus, vt cętera prętermittā, veriſimile fuit, magnū eos expectaſſe cōflictū. Timor & timor venerūt Theophy.
ſuper eos, & optabant dari ſibi colūbarū pennas, vt fugerēt impendētes ceruicibus gladios, vt ipſi animo Pſal. 54.
voluptabant. Merito ergo cōſtituti inter incudē & malleum, quia fugere nō licebat, timebant ſibi, vnde
audire debuerunt. Non turbetur cor veſtrum. Tranſibit hæc tempeſtas ſæua, & ſuccedent aurea tempora

 & ſere-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

& ſerena. Dabit deus his quoq; finem: non turbetur cor veſtrum, qui enim vos tetigerit, pupillam lædet
Zach. 2. oculi mei. Auguſtinus. Ne mortem tanquam homines timerent, & ideo turbarentur, conſolatur eos vita,
Auguſt. etiam ſe deum eſſe conteſtans. Deinde ne dicerent, & quomodo non turbabimur, cum in tantas & tot in
Ioan. 16. ciderimus difficultates: inquit. Credite in deum & in me, & omnes veſtri labores ſoluentur. Quod ſi for-
ſan mortem metuitis & huic formæ ſerui, putantes me vita defuncto, periſſe vobis ſpes veſtras, ponite
timorem, ſuſcitabit illam forma dei, iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum. Sed quid eſt quod ſe-
quitur, in domo patris mei quod ſi ſecus eſſet, dixiſſem vobis, a perturbatione recreātur, certi ac fidentes,
etiam poſt pericula [illegible]tationem, ſe apud deum cum Chriſto eſſe manſuros. Quia ſi alius alio eſt ſanctior
hic oculus, ille manus, alius auris, omnes tamen vnum corpus ſunt, & nullus alienabitur ab illa domo,
Matth. 20. vbi manſionem pro ſuo quiſque acceperitus eſt merito. Denarius enim ille qui datur laborantibus in vi-
1. Cor 15. nea patris familias quo vtiq; ſignificatur vita æterna, æqualis eſt omnibus, & tamē alia claritas ſolis, alia P
lunæ, alia ſtellarum, ſed tamen multæ manſiones diuerſas meritorum in vna vita æterna ſignificant di-
Gene. 43. gnitates, ſicut ſcriptū eſt, ꝙ regina Saba admirata eſt inter cætera, habitacula ſeruorū Salomonis. 3. Re. 10.
Et rurſus Ioſeph in cœna quam inſtruxit fratribus ſuis, omnes ſedere fecit iuxta ordinem natiuitatis ſuæ,
niſi ꝙ fratrer minimus videlicet Beniamin duplicem portionem accepit & omnibus quæ miniſtrata ſunt
Matth. 20. in menſa. Non eſt enim reſpectus ante deum. Actu. 10. Qui enim poſteriores fuerunt in vineæ cultura
priores acceperunt, ſorte & dupla omnia. Hoc idem figuratum eſt in lege. Num. 2. Quando enim caſtra
metabantur filij Iſrael in deſerto, Iudas Iſachar & Zabulon tenebant orientem: Gad Simeon & Ruben
meridiem: Ephraim Manaſſes & Beniamin Occidentem, Aſſer Nephthalim & Dan Septentrionē, Duo-
decim hæ tribus circundebant arcam Dei beatiſsimam trinitatem, ſed tamen collocatæ erant non iuxta
ordinem natiuitatis ſuæ, ſed iuxta prouidentiſsimam diſpoſitionem eius, qui nouit ſingulorum merita, G
Hierony. De his manſionibus ita dicit Hieronymus ad virginem Euſtochium. Quoties te ſæculi delectat ambitio
vana vanitas vanitatum, ad paradiſum mente tranſgredere, & ibi incipe eſſe quod futura es. Egredere
paulis per de carcere corporis tui, & præſentis laboris mercedem ante oculos depinge, quam nec oculus vi
dit, &c. Has māſiones vocat propheta altaria, nidos, atria & tabernacula quæ fixit deus in terra illa opti-
1. Cor. 2. ma, id quod ex fructibus, inde allatis ad nos cognoſci poteſt. Licet non deſint, qui detrahant terræ illi dicē-
Pſal. 85. tes. Num. 16. Num parum eſt tibi ꝙ eduxiſti nos de terra Aegypti, quæ lacte & melle manabat! Maledi-
Num. 13. ctis igitur & probris Moſen carpore cœperunt dicentes. Erat bonus imperator, & pacatiſsimum popu-
Sabellicus lum ex pacatione terra vanis pollicitationibus abductum, quem fame ſiti æſtu omnibusque malis quę
mortales in primis vitare ſolent in deſerto confectum, tum demum hominum monſtris laniandos obij-
ciat. Simulq; cauillabundi inter ſe quærere incipiunt, eſſet ne hæc tellus illa beatiſsima, illud ſolum flumi-
nibus melle & lactis irriguum, ſuæ genti debitum! Eat dux vaniſsimus & iam agros populo metari inci- H
piat. Heu labores noſtros inquiunt, heu pericula temere adita, heu miſeram fruſtrationem. Perget ne v-
nus hic inquiunt res noſtras perditas funditus perdere! Patebit ne ſemper ſtultum vulgus vnius ſtultitię!
Quin conſtituamus nobis ducem, & reuertamur. Tutius ſane multoq; conducibilius ſeruitutem in ocio
ſeruire, ꝙ per tot labores vanam libertatis vmbram, ſub vaniſsimo duce ſectari. Hæc illi ſemper retrogra
di velut cancri. Nectamen ego inficior ꝙ nos comparati hominibus terræ illius, locuſtæ videbimur, verū
manſiones illæ vim patiuntur, patiuntur, & violenti occupabunt illas. Sin minus, vel quod ſi ſecus eſſet,
Matth. 11. dixiſſem vobis. Iam paratæ ſunt in domo patris mei multæ manſiones, vt non vni mihi, ſed omnibus itē
meis ſit locus. Quod ſi ſecus eſſet, dixiſſem me iam abire ad parandum eas manſiones, nunc nihil opus,
cum paratæ ſint, & vos breui ſequuturos expectent. Hieronymus. Si non manſiones multæ eſſent apud
Hierony. patrem, hoc eſt ſi non vnuſquiſque manſionem ſibi non ex largitate Dei ſed ex proprijs operibus præpa- I
raret, dixiſſem vobis. Nunc autem non eſt meum parare, ſed veſtrum: Quia & Iudæ nihil profuit para-
tus locus, quem ſuo vicio perdidit. Non eſt inquit meū dare vobis, ſed quibus paratū eſt, a patre meo. Pa
Matth. 20. ratæ ſunt in cælo multæ manſiones, quas non perſonæ accipiūt ſed opera. Fruſtra ergo ame petitis, quod
in vobis ſitum eſt, quod pater meus illis parauit qui dignis virtutibus ad tantam aſcenſuri ſunt dignitatē.
Gregorius Gregorius. Sed in eiſdem multis manſionibus erit aliquo modo ipſa retributionum diuerſitas concors, quia
tanta vis amoris in illa pace nos ſociat, vt quod in ſe quiſque non acceperit, hoc ſe accepiſſe in alio exul-
tet. Cæterum verba hæc, creditis in deum, quadruplicem ſenſum poſſunt habere, propter verbum Græcū
anceps: piſteuete: piſteuete, quod poteſt ſignificare, credite & creditis. Primo modo poteſt legi, creditis in
deum, & in me creditis, & ita exponit Chryſoſt. Quaſi fidem quam habebant in deum patrem & in Dei
filium Ieſum illis ſufficienter præſidio eſſet futura aduerſus perſequutorum procellas. Secundo modo, cre- K
dite in deum, & in me credite, vt vtrumq; iubeat fieri, ne turbentur. Tertio modo, creditis in deum, & in
me credite, vt ſit ſenſus. Creditis in deum vt Iudæi, & in me credite, vt ſitis Chriſtiani. Quarto ſic. Cre-
dite in deum & in me credite, vt ſit ſenſus. Credite in deum, quod ſi facitis, eadem opera & in me quoque
creditis. Et obſerua quomodo filij Iſrael. 40. annis vix confecerunt viam dierum decem, quia iuſsi retroce-
dere per viam maris, duo de. 40. annis ſederunt in cades Barne, donec mortua eſt omnes illa generatio.
Deut. 2. Vide Num. 14. & Num. cap. 33. Et ſi abiero & parauero vobis locum, &c. Sed quomodo pergit
vt paret eis locum, ſi iam multæ manſiones paratæ! Sed præparatæ erant, quia prædeſtinatæ, ſed aditus
Gene. 3. non patebat (ſeruantibus Cherubim viam ligni vitę) niſi per mortem Chriſti, vnde dictum eſt, hodie me
cum eris in paradiſo. Lucę. 23. Parat autem dominus quodammodo manſiones, manſionibus parando
manſores. Vide autē Nu. cap. 10. quomodo arca precedit populum per deſertū tribus diebus, vt paret po-
pulo locum vbi caſtra ſua metantur. Poteſt autem & hic eſſe ſenſus. Et dicimus ꝙ abeam vel abirem, vt
parentem

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

paratem vobis locum, non eſt tamen ꝙ interim deſpondere debeatis animum, venio enim iterum ad vos,
& accipiam vos ad meipſum, vt ibi ſum ego, & vos ſitis. Valde autem impatientis animi eſt, breuiſsima
expectatione torqueri. Viam ſcitis. Sciebant enim hoc eſt rationem ſciendi habebant ſufficientem ex tot
auditis ex ore Chriſti, ꝙ videlicet vadit per viam mortis ſuę ad gloriam ęternę fœlicitatis. Scitis ergo &
quo vado, & qua, eſtq; ſermo deſcientia per fidem vnde dicit. Et quo ego vado ſcitis, & viam ſcitis, quo-
rum vtrumq; Thomas inficias it & in illo omnes, ſicut ſequitur. Dicit ei Thomas. Domine neſci
mus quo vadis, & quomodo poſſumus viam ſcire? Itaque ſciebant ap[o]ſtoli & quo ibat do-
minus & qua ibat, ſed ſcire ſe neſciebant. Sequitur enim. Ego ſum illa via, il[l]a veritas, illa vita.
Sum illa via quam vos neſcire dicitis, illa veritas ad quam ſuſpiratis, illa vita in [q]ua ſunt manſiones mul
tę. Nunquid poterant dicere Chriſto apoſtoli quo cum loquebantur: Neſcimus te? Pro inde ſi eum ſciebāt,
A & via ipſe eſt, viam ſciebant, idem de veritate & vita. Annotandum autem ſingulis horum trium nomi- Baruch. 5.
num via, veritas, vita apponi articulum in Gręco, he hodos he allethia, he zoe, vt intelligamus nō quam
libet vitam veritatem aut viam, ſed veram illam & vnicam quę erat apud patrem, & in terris viſa eſt,
& cum hominibus conuerſata, Chriſtus Ieſus, qui factus eſt nobis via ad patrem & ad illas manſiones.
quia ille eſt qui viā Dei in veritate docuit. Matth. 22. Ad Chryſoſt. Neſ[ci]mus quo vadis. Et vtrūq; iā om- Chryſoſt.
nis hoc ſcire cupiebant. Nam ſi Iudęi id audientes, ſuſpenſi erant, & qu[æ]rebant cum abire eū cuperent, mul-
to magis qui eo vnquam ſaciari poterant, quo iret intelligere voleba[nt], verebantur tamen interrogare,
ſed nimium vicit deſiderium, & maxime nacti occaſionem ex verbis Chriſti dicentis, quo vado ſcitis, &
viam ſcitis. Et dicente Thoma, ſe vtrumq; neſcire, ego inquit ſum v[ia] iuxta formam ſerui, veritas & vi- Exo. 33.
ta iuxta formam Dei, quia per me venietis, veritas, quia ſine dubio [h]ęc erunt. Vita, quia nec ipſa quidem
mors prohibere poterit, quin ad me veniatis, vel ſi timetis ne moria[mi]ni, ante ꝙ perueniatis, ego ſum vi-
ta, imo ipſa mors eſt via ad vitā, quia non me videbit homo & viu[e]t. Per me igitur ambulante, qui ſum August.
B veritas. Nam iuxta Auguſtinum, nihil aliud eſt beatitudo, niſi gaudium de inuenta veritate, & in me re-
quieſcite, qui ſum vita. Sequitur. Nemo venit ad patrem niſi per me. Ecce ꝙ via eſt dominus Ie-
ſus, qua itur ad patrem. Pater eſt quo itur, terminus vię. Vnde illud. Erunt oculi tui videntes pręceptorē
tuum, & aures tuę audient vocem poſt tergum monentis, hęc eſt via ambulante in ea Eſai. 30. & non de-
clinetis ad dexteram vel ad ſiniſtram. Nemo venit ad me niſi tractus a patre. Nemo venit ad patrem niſi
per me. Hieronymus. Via hęc illa eſt de qua ſcriptum eſt, via regia gradiemur. Num. 20. In vtraque enim Hierony.
parte quicquid ſupra modum eſt, in vitijs eſt. De dextris partibus dicitur, ne ſis iuſtus multum, Eccleſi. 7.
ne ſis Phariſęus ille, qui non erat ſicut cęteri. Ad ſiniſtram autem ponendi ſunt hędi. Hanc viam Paulus
recentem vocat Hebr. cap. 10. Quia a morte Chriſti cœpit frequentari. Poſt ꝙ enim dominus ſcalę, idest
cruci innixus eſt, Gene. 28. Angeli cœperunt terere ſcalam regni cęlorum. Sequitur. Si cognouiſſetis
C me. In quantum ſum deus de Deo Dei filius, imago bonitatis Dei patris, & patrem meum vtique
cognouiſſetis, & a modo cognoſcetis eum, & vidiſtis eum. Dixerat primū abire ſe neſcio
quo, apoſtolos tamen non ignorare quo iret, id cum apoſtoli inficiarentur, ſubiecit ſe ire ad patrem, & ſe
ipſum eſſe viam qua itur ad patrem. Et quia dicere poterant apoſtoli, ipſum quoq; patrem quis eſſet ſe pe
nitus ignorare, dominus Ieſus antipophoram ſoluit, ante ꝙ opponatur, dicens. Reuera ſi me cognouiſſe- Hebr. 1.
tis, & patrem meum cognouiſſetis, non enim tam ouum ouo ſimile, ſi ita loqui decet. Eſt enim filius cha-
racter expreſſus ſubſtantiæ patris, & imago abſolutiſsima par in omnipotentia maieſtate & æternitate.
Et a modo cognoſcetis eum, imo & vidiſtis eum, hoc eſt aliquo modo cognouiſtis, quem vobis ignotum
eſſe creditis, ſicut de via prius dixiſtis, neſcimus quo vadis. Cognouerunt autem eum apoſtoli ex multis
quæ viderant & audierant a prima vocatione ſua, de quo dictum eſt inde Baptiſmate Chriſti. Lucę. 3. In Matth. 3.
de Metamorphoſi eius. Matth. 17. Item audierant dæmonia clamantia: Tu es filius Dei. Dixerat & Pe-
trus, Tu es Chriſtus filius Dei. Matth. 16. Item audierant vocem de cælo patris alloquentis filium, & di-
D centis: clarificaui, & iterum clarificabo. Ioan. 12. Prætermitto enim multa quæ ſcire potuerunt ex lege, ſicut
illud: ego hodie genuite. Pſal. 2. Et rurſus, ſede a dextris meis, &c. Sed iam dudum cognoſcetis eum, & vi- Pſal. 109.
diſtis eum, ſpiritu ſancto docente vos omnem veritatem. Ioan. 16. Quod autem dicit: Et vidiſtis eum, hac
figura ſermonis commonuit dominus diſcipulos, patrem quidem iuxta naturam ſuam inuiſibilem eſſe cū
cæcis, cum & oculatiſsimis: illis quidem quia habitat lucem inacceſsibilem. 1. Tim. 6. Iſtis, quia poſuit te- Pſal. 17.
nebras latibulum ſuum, ita vt nec dominus Ieſus corporeis eum oculis videre poſsit, quod propter ſimpli
ciores diximus. Sed tamen cum inuiſibilis ſit omnino [P]ater, & omni creaturæ penitus incomprehenſibilis,
viſus eſt quodammodo in filio (inuiſibilia enim Dei per ea quæ facta ſunt conſpiciuntur cum intelligun- Rom. 1.
tur) quando imperauit ventis & dæmonibus & febribus. Matth. 8. Lucæ, cap. 4. & multa id genus, dicen-
te domino Ioan. 5. Quicquid pater facit, hoc eſt filius ſimiliter facit. Sed hunc modum cognoſcendi & vide
E di (eſt enim per fidem) cum non caperent diſcipuli, perinde quaſi non eſſet verum verbum Chriſti, & vi-
diſtis eum, cupiunt deum patrem his oculis contueri, quibus videbant formam ſerui in filio, dicentes cum Exo. 33.
Moſe. Domine oſtende nobis faciem tuam. Itaque Philippus cæteris forte audior (an forte craſsior) om-
nium nomine. Dominum conuenit dicens. Domine oſtende nobis patrem, & ſufficit
nobis. Non auſus eſt dicere, nunꝙ vidimus patrem, domine oſtende nobis patrem implicite negās quod
Chriſtus dixit vidiſtis eum. Theophyl. Audiens enim Philippus ꝙ prophetę corporeis oculis vidiſſent
deum deſiderabat & ipſe illum videre corporaliter, ignorans ꝙ illa contigerint prophetis per condeſcenſio
nem. Nā corporali oculo neq; Chriſtus videt patrē. Hæc ille. Dicit ei Ieſus. Tanto tēpore vobi-
ſcū ſum & non cognouiſtis me? Quid eſt hoc? Philippus orat oſtendi ſibi patrem, filius dicit: nē



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

cognouiſtis me? Sed vide quid ſequit. Philippe qui videt me videt & patrē meū. Quomō tu
dicis, oſtende nobis patrem? Hęc eſt igitur tota huius obiectionis ſolutio, ita omnibus numeris
& per omnia filium eſſe ſimilem patri, vt qui filium cognouerit quis ſit, qui ſciat is pleniſſime no-
uerit patrem, quia pater & filius vnum ſunt. Nec nunc requirimus vtrum perſonæ conſtituantur per re-
lationes an per abſoluta, quæ res ſit illa quæ dicit perfectionem nec imperfectionem, & ſi per relationes,
quomodo relatio cum ſit ens ſecundum quid, facit diſtinctionem realem perſonarum, hæc & multa huiuſ-
modi ſapientibus relinquamus, & illud tantum dixiſſe ſufficiat, q qui videt, id eſt cognoſcit filium, videt
& patrem eodem genere viſionis. Vnde dominus non dixit, tanto tempore vobiſcum ſum, & non vidi-
ſtis me, ſed dixit, & non cognouiſtis me. Et ſequitur. Philippe qui videt me, videt & patrem. Ecce quo-
modo id quod prius dixit, non cognouiſtis, rurſus explicuit per verbum vidiſtis. Si ergo Chriſtum vide-
bant, cur eum rogabant, oſtendi ſibi patrē? Videbāt igitur in Chriſto formam ſerui, non videbāt formā Dei. F
Quæ cum ita ſint o Philippe quomodo tu dicis, oſtende nobis patrem? Non credis q ego in patre
& pater in me eſt? Ego in patre, ecce diſtinctio perſonalis. Pater in me, ecce conſubſtantialitas per-
ſonarum. Verba quæ ego loquor vobis, a me ipſo non loquor. Quomodo ſuperius dixit, mea
Ioan.5. doctrina non eſt mea. Ioan. 5. Pater autem in me manens ipſe facit opera. Tu autem cum audis
ipſe facit opera, memento & verbi illius: quæcumque enim ille fecerit, hæc & filius ſimiliter facit, quia o-
mnipotentia qua deus pater facit quicquid facit vna & eadem eſt in patre & filio. Dicendo tamen, pater
in me manens, oſtendit diſtinctionem perſonalem, cum vnitatem concordis voluntatis, quia vna & eadē
eſt in vtroque. Pater in me manens ipſe facit, & quicquid pater facit, hæc & filius ſimiliter facit. Cæterū
iuxta q Chriſtus homo eſt, manus eſt patris & brachium, & organum coniunctiſſimum per quod ope-
Cyrillus. ratur. Non creditis q ego in patre, & pater in me eſt? Hæc enim credi poſſunt, comprahendi
non poſſunt, niſi forte quando videbimus eum facie ad faciem. 1. Cor. 13. Cæterum Cyrillus & Chryſoſt. G
Sine negatione legunt hoc modo. Creditis q ego in patre & pater in me eſt: Quod paulo ante obiurga-
uerit Philippum per hæc verba. Omnibus itaque iubet vt credant, dicens, credite q ego in patre, &c. A-
lioqui propter opera credite, hoc eſt: etiam ſi alias non creditis, vel ipſis cōmoti factis credite, id quod pro-
Hilarius. pemodum non eſt credere. Neque enim proprie credimus, quod videmus, ſed experimur in nobis. Ad hæc
Hilarius. Commouit Philippum nouitas dictorum. Homo cernitur, Dei ſe filium confitetur, cognoſce-
cognoſcendum patrem aſſeuerat, patrem viſum ſe viſo eſſe dicit, & per id cognoſcendum eſſe, q viſus ſit.
humani iſtud animi infirmitas non capit. Et frequenter filius patrem a nemine viſum teſtatus eſt. Prorum-
pit igitur apoſtolica familiaritas, & dominum rogat, oſtende (inquiens) nobis patrem. Et dominus, Tan-
to tempore vobiſcum ſum, &c. Quæritur filius Dei. Cur ſe cognito paternæ in ſe naturæ non ſit intelle-
cta diuinitas. Cum enim ea gereret, quæ propria Deo eſſent, calcare vndas, iubere ventis, donare pecca-
ta, ſecreta cordium noſſe, & hæc agere carnalem, & Dei ſe filium inter iſta profitentem, hinc querelę om- H
nis orta congeſtio eſt, q in ſacramento natiuitatis humanę geſſiſſet hæc & in homine aſſumpto, & ta-
men deus intellectus non eſſet in operibus, qui homo videbatur paſſibilis & mortalis. Hæc igitur ſi ita ſe
habent: Non credis q ego in patre. &c. Vt ſub intelligamus, Philippum non debuiſſe aliam hic oſtenſio
Exo. 33. nem patris q̃ fidei requirere. Vides hic poſteriora, facies non hic ſed in cęlo videbitur, quicquid ſit illud q
Actu. 17. nomine faciei intelligitur, Cęterum iuxta Auguſtinum grande ęnigma eſt, vt non videamus, quod non
Auguſt. videre non poſſumus, cum videlicet in quo mouemur & ſumus. Amen amen dico vobis, qui cre-
dit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora his faciet, quia ego ad patrem
vado, & quodcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur
pater in filio. Dicit aliquis, ſi ab operibus ſuis dominus teſtimonium accipit, vt qui non credituri eſſe in
patre & vnum cum patre, ex operibus ſaltem agnoſcatur quis ſit, ergo qui maiora opera patrauerit quam
ipſe dominus Ieſus Chriſtus, et iam credi poterit eſſe filius Dei patris, alioqui quod argumentum eſt, pro- I
pter opera credite? Sed facilis eſt ſolutio, quia dominus Ieſus operabatur propria omnipotentia, de cęteris
Actu. 5. autem ſiue ſint angeli ſiue homines (licet angeli non habeant fidem) nihil tale arbitreris, ſed qui credit in
me inquit, faciet quę ego facio. & ſi res ferat, maiora faciet, non quia poteſt, ſed quia credit in me. Quę au-
tem maiora? An forte q ęgrotos etiā Petri vmbra ſanabat. Maius enim eſt, q ſanabat vmbra q̃ fimbria.
Ioan. 15. Matth. 9. Sed vtrobique fides cooperabatur languentium. Sicut diues quidam audito, depone gibbam,
abijt triſtis (Marci. 10.) ſed per apoſtolos hęc prędicata, multi cameli poſuerunt gibbas, &c. Et tamen ſem-
per verum eſt, ſine me nil poteſtis facere. Et rurſus ſufficientia omnis noſtra ex Deo eſt. 2. Cor. 3. Quia e-
go ad patrem vado (interim de torrente bibam in via) & tamen ſemper ſum pręſens credentibus, & dor-
miens vigilo. Sed q vado, ita expedit, & veſtra admodum refert & omnium: nihil tamen detrimenti affe-
ret vobis abſentia mei iuxta formam ſerui: quia quodcunq; petieritis patrem in nomine meo: hoc faciam: K
Faber. vt glorificetur pater in filio. Videbatur illaturus: ille faciet: intulit autem: faciam ego: quod patrem petie-
ritis: quia pater eſt in filio: & ſine filio pater nihil operatur circa creaturam rationalem. Faber. Ergo mi-
racula quę fecerunt ſancti vtriuſq; teſtamenti: Chriſtus fecit, ſed per illos tanquam per organa ſua. Ea ta-
men dabit quę pertinent ad exaltandam gloriam Dei patris & filij & ſpiritus ſancti. Quale eſt enim vt
iniqua petamus a tanto parente: qui ſolus eſt bonus: & in nomine talis filij: cuius tanta eſt dignatio: vt
1. Ioan. 2. vice aduocati & patroni eum habeamus apud patrem: 1. Ioan. 2. Qui autem petunt conducibilia: abundan-
Salomon. tius accipient q̃ petunt: iuxta illud: Dedit rex Salomon reginę Saba omnia quę voluit & petijt ab eo.
3. Reg. 10. Sequitur: exceptis his quę vltro obtulerat ei munere regio. Demetrius cum vrbem Athenienſem cepiſſet
Demetri9. quę iam propter annonę penuriam male habebat; e veſtigio concione aduocata; frumenta ipſis dedit, ſed
cum id

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

cum in concione verba faceret, in barbariſmum incidit. Cumque eorum quidam qui ſedebant acclamaſſet, quomodo verbum illud erat pronunciandum, igitur huius quoque emendationis gratia inquit, vobis alia. 5. modiorum milia dono. Hæc Demetrius cum populo illo fecit, qui pactum cum eo ictum fregerāt, qui magis animaduerſione videbantur digni. Dabo igitur & ego & faciam quicquid petieritis patrem in nomine meo. Sed ſi hoc ab illo petitur, vnde lædatur homo ex auditus, magis metuendū eſt, ne quod poſſet non dare propitius, det iratus. An non legimus Iſraelitas malo ſuo impetraſſe, quod culpabili concupiſcentia petierunt? Num. 11. Concupierunt carnibus veſci, quibus pluebatur manna de cælo. Non erat autem parua offenſio Dei, repudiare quod dabat Dei prouidentia, & petere id quod inhiabat cōcupiſcentia, Auguſt.
quamuis illi non peterent, ſed quia deerat murmurabant. Sed vt ſciremus, non Dei creaturam eſſe culpabi- Exo. 16.
lem ſed concupiſcentiam inordinatam, non propter porcum ſed propter pomum mortem primus homo
A inuenit. Et Eſau primatus ſuos non propter Phaſianum ſed propter lenticulam prodidit. Nouit autem Gene. 25.
medicus quid pro ſua, quid contra ſuam ſalutem poſcat æger, & ideo contraria poſcentis non facit volūtatem, vt inducat ſanitatem. Clamo inquit, & non audis, ſto & non reſpicis, mutatus es mihi in crudelē. Agnoſcis vocem ægri, vel ægrotantis, qui enim comedunt eum, non dormiunt, audi & vocem Medici cu- Iob. 30.
ram differentis. Viriliter age, confortetur cor tuum, ſuſtine medicum? Interim Paule ſufficiat tibi gratia Pſal. 26.
mea. 2. Cor. 12.

Caput. x. Si diligitis me, mandata mea ſeruate. De maieſtate ſpiritus ſancti. Dicit illi Iudas, domine quid factum eſt, & c. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Iterū de dignitate ſpiritus ſancti. pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat. Pater maior me eſt. Venit princeps mun-
B di huius, ſurgite eamus hinc.

SIquid petieritis me in nomine meo hoc faciam. Si diligitis me, mādata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum ſpiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia nō videt eum, nec ſcit eum. Vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Chriſtus enim dominus ad tempus datus eſt illis. Non igitur refert, vtrum petamus patrem in nomine vnigeniti ſui, an orationem noſtram ad eundem vnigenitum dirigamus, quia ſicut ſæpe repetitum eſt, quicquid patri petimus, filius concedit cum patre & ſpiritu ſancto, ſi res ferat vt concedatur, cum vna ſit volūtas in tribus, par
C omnipotentia & eadem bonitas. Vnde & conſequenter de ſpiritus ſancti maieſtate ſequitur, cum dicit. Si diligitis me, &c. Hic eſt qui olim ferebatur ſuper aquas, iam tunc præparans & ſanctificans eas ſacramento regenerationis. Vnde & ſuper dominum Ieſum deſcendere viſus eſt columbæ ſimilitudine, vt oſtēderetur quam innocentiam induunt, qui fonte perenni regenerantur. Venit & in ſpecie columbæ, quia ipſe
eſt qui poſtulat pro nobis gemitibus, qui explicari non poſſunt. Tamen vel ad vnum illorum intelligit Rom. 8.
pater, quid poſtulet Axa filia ſua. Ioſue. 15. Cum ergo dicit Paulus de ſpiritu ſancto, quod poſtulat pro nobis,
id eſt poſtulare nos docet, idque gemitibus inexplicabilibus (& quid eligam ignoro) intellige quid ſit, aliū
paracletum, id eſt conſolatorem in aduerſis, exhortatorem in conducibilibus, doctorem & aduocatū da- Phil. 1.
bit vobis, qui doceat vos quid petatis, ne audiatis ex ore iudicis, vere neſcitis quid petitis: Non enim ſug-
gerente ſpiritu ſancto, petebant dexteram & læuam ſed caro petebat, mater videlicet, quia & ſi ſancta, Matth. 20
mulier tamen erat. Dicam & illud, quando filius Dei orabat patrem vt tranſiret ab eo hora illa & calix,
D non ſuggerente ſpiritu ſancto orabat, alioqui non ſubijceret, non mea voluntas fiat, de quo ſuo dicetur Matth. 26.
loco. Itaque ſpiritus ſanctus conſolatur mœrentes, exhortatur deſides, docet ignorãtes, & ipſe eſt remiſſio peccatorum. Et iuxta Ezechielem, multa oſſa erant in campo diſperſa, vacua, ſicca vehementer, & mor-
dinate iacentia, ob hoc vnum, quia abſtulerat deus ab illis ſpiritum ſuum, quem inſuderat in principio Cap. 37.
quando hominem formauit. Quid igitur erat homo antequam dominus inſpiraret in faciem eius ſpiraculum vitæ? Statua quędam vel truncus. Auferes ſpiritum eorum & in puluerem ſuum reuertentur, aut in ſta-
tuam ſalis. Siquidem iuxta Paulum gratia ſpiritus ſancti ſumus ſi quid ſumus in oculis Dei. Sumus autem Pſal. 103.
imago & gloria Dei, 1. Cor. 11. Alium inquit paracletum dabit vobis. Siquidem & Iudæi habebant ſuū 1. Cor. 15.
paracletum Moſen, qui fideliter interceſſit pro eis, dicens. Dimitte eis peccatum hoc grande, aut dele me de libro tuo. Et illud: Ne quæſo dicant Aegyptij, &c. Exo. 32. Verum huius aduocati manus grauiſſimæ
E erant. Exo. 17. Facies cornuta, Exo. 34. Dentes fortes, oculi vigiles. Deut. 34. Fides dubia. Num. 20. Labia incircumciſa, Exo. 4. & alias homicida, Exo. 2. Huiuſmodi iuxta myſterium erat Iudæorum aduocatus. Occidere poterat, non viuificare. Denique terram promiſſam videre potuit, contigere non meruit. Vide a-
lias de hoc. Longe ab huius dignitate (fidelis enim ſeruus erat Moſes in domo Dei, ſeruus tamen erat) ma Moſes.
ieſtas ſpiritus ſancti, eccleſiæ paracleti, de quo ſcriptum eſt, emitte ſpiritum tuum & creabuntur, & reno-
uabis faciem terræ. Qui creabuntur? Flante ſpiritu ſancto, oſſa illa arida, vacua diſperſa congregata ſunt, Pſal. 103.
vnum quodque ad iuncturam ſuam, & repleta ſunt non de ſpiritu Moſi ſicut. 70. ſenes illi, ſed de ſpiritu pa- Figura
tris & filij, & ex his oſſibus afflatis & impletis, factus eſt exercitus magnus valde, & granum ſinapis cre- Num. 11.
uit in arborē, Matth. 13. Vnde igitur renouatur facies eccleſiæ? Ex rore expreſſo de vellere. Quid illud vel- Iudi. 6.
lus? Caro Chriſti. Quando expreſſum? in cruce, quibus manibus? Clauis lancea & flagellis & corona, &
impletum

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

impletum eſt illud. Ecce aquæ redundantes a latere dextro templi, Ezech. 47. Iſtæ aquæ quæ expreſſæ ſunt
ex vellere, quibus irrigata eſt facies eccleſiæ. Sed non erat ſpiritus datus quia Ieſus non dum erat glori-
Ioan. 7. ficatus. Sicut igitur corpus abſente anima in puluerem ſuum reuertitur, ita anima abſente ſpiritu ſancto,
Origenes. caro vocatur. Gene. cap. 6. Ad hæc Origenes. Omnes quidem qui quoquo modo prouidentiam eſſe ſen-
tiunt, deum eſſe ingenitum qui cuncta creauit, atque diſpoſuit confitentur. Huic tamen eſſe filium, non
nos ſoli pronuntiamus, quamuis hoc mirum & incredulum videatur ijs qui apud Græcos & Barbaros
philoſophophantur, tamen nõnullis ipſorum habita videtur eius opinio, cum verbo Dei & ratione crea-
Spũs ſctũs. ta eſſe omnia confitentur. De ſubſiſtentia vero ſpiritus ſancti ne ſuſpicionem quidem vllam habere quis
Actu. 19. potuit, præter eos qui in lege & prophetis verſati ſunt, vel eos qui ſe Chriſto credere confitentur. Cætero-
rum omnium vox eſt, ſed neque ſi ſpiritus ſanctus ſit audiuimus. Quis vero non obſtupeſcat maie-
ſtatem ſpiritus ſancti, cum is qui dixerit verbum in filium hominis, audeat ſperare veniam, cum vero qui P
in ſpiritum ſanctum blaſphemauerit, veniam non habere nec in præſenti nec in futuro dominus aſſeuera-
Matth. 12. uerit? Si ergo diligitis me, mandata mea ſeruate, quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis, ita Iona-
thas amicus Dauid opere & veritate, expoliauit ſe tunica qua erat indutus, & dedit eam ipſi Dauid &
reliqua veſtimenta ſua vſque ad gladium & arcum & vſque ad baltheum. Dedit & nobis dominus Ieſus
veſtimenta ſua, dedit corpus & ſanguinem ſuum dedit & animam ſuam, quia vere diligebat. Et non
Rom. 5. ſicut ſcriptum eſt, dicis q diligas me, cum expectoraueris me. Forſitã enim pro iuſto aliquo & bono quis
Auguſt. audeat & ſuſtineat mori. Si igitur diligitis me, mandata mea ſeruate. Quo fructu? Ego rogabo patrem,
& alterum paracletum dabit vobis. Auguſtinus. Et quomodo poterant apoſtoli mandata Dei obſeruare
ſine charitate? Quomodo inquam, ait, ſi diligitis me mandata mea ſeruate & cætera. Cum hoc dicat de
ſpiritu ſancto, quem niſi habeamus, nec diligere deum poſſumus, nec mandata eius obſeruare? Quando-
2. Cor. 3. quidem nec cogitare aliquid boni a nobis poſſumus, ſed ſufficientia noſtra omnis a ſpiritu ſancto eſt, qui G
adiuuat infirmitatem noſtram. Quomodo inquam apoſtoli diligebant dominum, niſi in ſpiritu ſancto?
Et tamen eis prius imperatur, vt diligant eum corde, & mandata eius ſeruent opere, quem niſi haberent,
profecto diligere, & mandata eius ſeruare non poſſent. Reſtat ergo vt intelligamus, ſpiritum ſanctum ha-
Prouerbiũ bere qui diligit, & habendo, mereri vt plus habeat, & plus habendo, plus diligat. Ignis enim iſte nunquã
dicit, ſufficit. Iam ergo habebant ſpiritum ſanctum diſcipuli, nec tamen eum adhuc habebant, ſicut domi-
nus promittebat. Et habebant ergo eum & non habebant, quia quantus habendus fuerat nondum habe-
bant. Habebant occulte & vix ſtillam vnicam ex lecytho viduæ. 4. Reg. 4. accepturi erant manifeſte in
Ioan. 1. igneis linguis, & de plenitudine Chriſti largam olei infuſionem & ſalientes. Vnde illud. 4. Reg. 2. Fiat in
me ſpiritus tuus duplex, quia apoſtoli non ſemper eandem ſpiritus ſancti menſurã acceperunt. Ante enim
Pſal. 67. quam Helias cælum conſcenderet, habuerunt ſimplicem vt ita dicam ſpiritus ſancti menſuram. Eo autem
aſcendente, dedit dona hominibus, menſuram duplicem, menſuram ſuper effluentem, vt cuicumq; manus H
imponerent, acciperet ſpiritum ſanctum. Actu cap. 8. Alium paracletum dabit vobis, non alium ab eo
quem iam habetis in parua licet menſura, nec alium a me, ſi ly alium dicat ſubſtantiæ alietatem, alium ta-
men dabit vobis, quia alia eſt perſona filij & alia ſpiritus ſancti. Hic autem paracletus (niſi vitio veſtro
diſcedat) manebit vobiſcum in æternum. Non enim habitabit in maliuolam animã, Sap. 1. Sed vide quid
1. Reg. 16. ſcriptum ſit. Quam primum ſpiritus domini receſſit a Saul, et agitabat eum ſpiritus nequam a domino.
Iob. 1. Nam ſpiritus hic nequam qui cotidie perambulat terram, quam primum videt domum aliquam non ob-
Matth. 12. ſignatam ſanguine agni, vacuam ab hoſpite, ornatam licet, & ſcopis verritam, occupat eam ſimul cum
ſeptem alijs. Dabit igitur vobis alium paracletum, qui maneat vobiſcum, vt dicatis cum Paulo, ſcio q
Rom. 8. nulla creatura poteſt me ſeparare a charitate Dei: qui eſt ſpiritus ſanctus. Quem mundus non poteſt
accipere, quia immundus eſt; vos autem iam mundi eſtis. Non poteſt autem, quia non videt eum, neque
ſcit eum. Neque enim habet oculos mundana dilectio ſpirituales atq; inuiſibiles, per quos videri ſpiritus I
Ioan. 3. ſanctus non niſi inuiſibiliter poteſt. Quibus enim oculis videndus eſt ſpiritus, ſi de vento ſcriptum eſt, vo-
cem eius audis, neſcis tamen vnde veniat? Siquidem ventus ſentitur, videtur autem minime. Non videt
autem eum mundus, quia non credit. Qui non credit, non accipit, qui non accipit, non habet. Quid enim
1. Cor. 4. habemus, quod non accepimus? Vos autem cognoſcetis eum, eo docente, quia apud vos manebit. Facit
vos manſionem ſuam, quam non fecit in Saul niſi biennium tantum. 1. Reg. cap. 13. Filius enim vnius an-
ni erat Saul cum regnare cœpiſſet, ideſt innocens & bonus perinde quaſi eſſet infans vnius anni. Et duo-
bus annis regnauit in iuſticia & bonitate, duodeuiginti autem velut Tyrannus. Idem dicendum eſt de
Salomone, qui deprauatus eſt in ſenectute, vt ex ſapientiſſimo Hebræorum factus fuerit ſtultiſſimus om-
1. Cor. 4. nium virorum. In vobis autem erit. Id quod argumento ſciemus? A teſtimonio conſcientiæ noſtræ. Dicit K
tamen Paulus. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Sequitur. Non relinquam
vos orphanos, veniam ad vos. Adhuc modicum, & mundus me iam non videt. Vos
Ioan. 6. autem videtis me, quia ego viuo & vos viuetis. Hinc illa vox Petri nomine omnium fratrũ.
Apoc. 3. Quo ibimus extra te? Ergo ſine Chriſto indiga eſt omnis anima, orphana, cæca, miſera & mortua. Et do-
Eſai. 49. minus. Si mater immemor noſtrum affectus oblita fuerit vt non miſereatur filio vteri ſui, ego veſtri non
obliuiſcar, quia in manibus meis deſcripſi vos, & huius ſyngraphæ calamus claui ſunt. Non ergo obliui-
ſci vos potero, quos in manibus deſcriptos ſtillo ferreo, ſemper ob oculos verſo. Quid enim frequentius
memoriæ ſuccurrit q̃ id quod in manibus habemus? Nam olim tactus dolore cordis, longe diuerſa cogita-
bat de nobis. Gene. 6. Veniam ad vos: poſt tres dies, & triſticia veſtra vertetur in gaudium. Ioan. 16. Ad-
huc modicum & mundus me iam nõ videt; Videt dixit, pro videbit; A morte enim ſua pauci eum viderũt

iuxta

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

iuxta illud ex Actis cap.10. Hunc deus ſuſcitauit a mortuis die tertia, & dedit eum manifeſtum fieri non omni populo, ſed teſtibus præordinatis adeo, &c. Vos autem videtis me, & quia aliud videtis, & aliud creditis, & videbitis immortalem, quem videtis nunc per omnia ſimilem vobis: quia ego viuo, & vos viuetis. Viuo autem dixit, quod eſt proprium Dei, viuo ego dicit dominus. Dicit tamẽ de præſenti, viuo, quia reſurrectio infra triduum per ſynedochen erat celebranda. Nam ſi de vita quæ communis eſt nobis & iumentis, diceret, dicturus erat, viuo ego, & vos viuitis. Nunc autem dicens, & vos viuetis, reſurrectionem illorum prædicit futuram, quia in fine ſæculi, & ſuam quaſi iam factam, dicendo, ego viuo. Manipulus Ioſeph ſtat, cæteris in terra iacẽtibus. Gene.37. Idẽ videre licet in virga Aaron. Num.17. In illa die vos cognoſcetis, ꝙ ego ſum in patre meo, & vos in me & ego in vobis. Superius dixerat, non credis ꝙ ego in patre, &c. Nunc in illo die cognoſcetis, ꝙ ego ſum in patre. Ergo quod nunc

A credimus & videmus per ſpeculum fidei, tunc cognoſcemus facie ad faciem. Et obſerua quod dominus dicit, vos cognoſcetis, apoſtolus autem dicit, videbimus facie ad faciem, 1. Cor. 13. Et Ioannes videbimus eũ ſicuti eſt, & tamen his duobus locis, videre pro cognoſcere accipitur, quia videri deus oculis his omnino non poteſt, non magis quam auris poteſt videre, aut nares audire. In illa igitur die quæ nota eſt domino (Zach.14.) Sublatis ſpeculis, & velo ſanctum ſanctorum, & manu obiecta vultui Moſi, oculo ad oculum cognoſcemus eum. Cognoſcemus quomodo verbum erat apud deum, & quomodo deus accepit hominem neſcio quem, & quomodo deus homo, eſt in eccleſia ſicut caput in corpore, ſicut ſol in orbe, ſicut cor in homine, & quomodo nos ſumus in illo ſicut palmites in vite, ſicut multa membra ſub vno capite, quomodo influit corpori ſenſum, motum & vitam. Charitas eſt vita animæ, qua accepti ſumus Deo, motus refertur ad opera erga proximum ſenſus autem quia multiplex eſt, illud oſtendit quod charitas circa multa occupatur. Martha videlicet Lucæ.10. Confert autem & caput corpori pulchritudinem. Qualis

1. Cor. 13.
1. Ioan. 3.
Eſai. 52.
Ephe. 1.

B autem pulchritudo humanæ naturæ, cuius caput Chriſtus Ieſus eſt? Qui eſt benedictus in ſæcula. Qui habet mandata mea: Et ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum. Hoc quod ſubiecit, ſeruat, poſt verbum, habet, ad differentiam Phariſæorum dictum videtur, qui habebant mandata Dei ſcripta in cartulis, de quibus dictum eſt Matth.23. Dicamus illud. Ad litteram implebant illud Deut. cap.6. Meditaberis in mandatis meis ſedens in domo, hoc eſt per ocium, & ambulans, dormiens & conſurgens, & ligabis quaſi ſignũ in manu tua & cætera, & narrabis ea filijs tuis. Hæc omnia ad vnguem ſeruabant, & quod magis mireris, habebant omnia hæc in corde ſuo, cæterum cor eorum longe aberat ab obſeruantia mandatorum Dei. Eſai.29. Qui ergo habet mandata Dei, & ſeruat ea, hoc eſt qui iuxta legis præceptum gluciens ſemen verbi cœleſtis, ruminat, memoria tenens, vt opere exhibeat, hic eſt qui diligit me opere & veritate. Auguſtinus. Charitas tunc maxima eſt in hac vita, quando pro illa contemnitur præſens vita. Sed minor ſi non habet quo creſcat, cum de mortali exceſſerit vita ignis qui nunquam dicit ſufficit.

Leui. 11.
Auguſt.

C Prouerb.30. Id quod Paulus alijs verbis dicit, charitas nunquã excidet. 1.Cor.13. Gregorius. Aeterna quippe contemplatione hoc agitur, vt quo magis videtur deus, magis diligatur. Amor enim incitat intellectũ ad vlteriorem cognitionem amatæ rei, amatę veritatis, & intellectus viam facit voluntati, licet aliquando ingrediatur amor, vbi cognitio ſtat pro foribus. Quod ſi videndo per ſpeculum ſummam pulchritudinem, quę hic latet poſt cancellos & retia, laborando perdiu in æſtu, & noctu aduſti gelu, & facti velut vter in pruina (Pſal 118.) & recedente ſomno ab oculis noſtris, diligimus tamen, & ſuſpiramus, & aliquando quaſi furtim & raptim (reuertebantur enim velut fulgura) aſpiramus ad oſcula Rachelis: quid erit, cũ viderimus faciem eius, quam deſiderat omnis terra? Et hoc eſt quod ſequitur. Qui mandata mea ſeruat, diligens proximum ſicut ſeipſum (Matth.22.) Ille eſt qui diligit me. Quo fructu? Diligetur a patre meo, magna merces, ſed vide cętera: & ego diligam eum, & quod ſummæ eſt beatitudinis, manifeſtabo ei me

Prouer. 30.
Gregorius
Gene. 29.
Figura.
3. Reg. 19.

D ipſum: non iam poſteriora neſcio quę, ſed meipſum: id quod ſum: ego qui ſum: emphaniſō. Quod magis ſonat tacite & clam indicare. Vnde dicta eſt emphaſis: ꝙ tacitam habeat vim: idq; magis congruit cũ affectu vel afflatu quo ſe deus inſinuat in animos ſuorum. Sed ſi deus omnia diligit, & nihil odit eorum quę fecit (Sapien.11.) quid eſt diligam eum? Sed vide quid intulit: manifeſtabo ei meipſum. Omnia igitur diligit dominus, ſed quia non ab omnibus diligitur: non omnibus manifeſtabitur: quia de multis dicetur: Tollatur impius: ne videat gloriam Dei. Eſai.26. Diligam, inquit eum. Non ꝙ modo non diligat: ſed fructus huius dilectionis manifeſtatio eſt ſummę veritatis: quando accipient cultores vineę ſingulos denarios, & audierunt: tolle quod tuum eſt: Matth.20. & vade: requieſce in pace in id ipſum. Dicit illi Iudas non ille Iſcariotes. Domine quid factum eſt, ꝙ manifeſtaturus es te ipſum nobis & non mundo? Principio ſciendum ꝙ ſiue manifeſtatio hęc de qua præloquuti ſumus: intelligatur modo præexpoſito: ſiue ꝙ poſt reſurrectionem ſuam per dies.40. frequenter facturus erat ſui copiam diſcipulis

E ſuis in multis argumentis iuxta Lucam (Actu.1.) ſiue ꝙ per ſpiritum veritatis ſemet inſinuaturus erat mentibus eorum, Iudas cognomento Lebbæus, cum non intellexiſſet verba illa, mundus me iam non videt, manifeſtabo ei me ipſum, timore perterritus, ſuſpicans dominum ſicut appariturum amicis, quemadmodum in ſomnis viſa quædam occurrunt aut phantaſmata nocturna, quæ nonnunquam videntur in tenebris ad terrorem potius ꝙ ad ſolatium, domine inquit, quid rei accidit, ꝙ cum omnibus ſis viſibilis, tunc non ſis appariturus mundo, ſed nobis dumtaxat? Solutio huius dubij duplex eſt, ſecundum ꝙ littera præcedens duplicem habet intellectum. Si manifeſtabo ei me ipſum, intelligatur de manifeſtatione in gloria, ſolutio eſt, ꝙ ideo apoſtolis & non mundo manifeſtabitur dominus Ieſus, quia ipſi dilexerunt eum verbo & opere, & non mundus. Si autem prædicta manifeſtatio intelligatur, de eo quod poſt deuictam mortem

Theophy.

per dies

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

per dies. 40. conuerſatus eſt cum ſuis, ſolutio eſt, ꝗ corpus humanum poſt reſurrectionem cum ſit idem
quod ante erit tamen in multis ſui iuris, erit ſpirituale in corruptibile, immortale, clarum, agile & cælo
11.Cor.15. pulchrius, in cuius poteſtate erit videri iuſtis ab impijs & incredulis non videri. Hæc tamen poteſtas ab
anima eſt, vel hominis eſt, non corporis. Textus autem ſequens videtur cohærere cum prima expoſitio-
ne, nam cum ſecunda in nullo congruit, niſi dicamus, ꝗ videns dominus ſuos non eſſe capaces huius my-
ſterij, quomodo videlicet corpus ſeminetur animale & reſurgat ſpirituale, &c. Non reſpondit ad quæſi-
tum, ſed ad id reflectit ſermonem, quod magis expediebat illorum mentibus eſſe affixum. Vnde ſequitur.
Reſpondit Ieſus, & dixit eis. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater
meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Dixerat, ſi
diligitis me, mandata mea ſeruate, & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, & cætera.
Gene.18. Nunc autem ſi quis diligit me, ad eum veniemus ego & pater, & manſionem faciemus. Et iſti ſunt tres vi- F
ri qui declinauerunt ad tabernaculum Abrahæ patriarchæ, quoniam tetenderat tete ſuum, vt venaretur v-
num aliquem peregrinum, qui cum ſit ſolus, eſt trinus. Habet ergo qui mandata Dei opere præſtat, hoſpi
tes patrem & filium & ſpiritum ſanctum, & impoſsibile eſt vnum ſeparari ab altero, quia pater & filius
& ſpiritus ſanctus tres ſunt, & vnum ſunt. Ad eum inquit veniemus. Quo fructu? Vociferatur Iſrael cla-
more grandi, quia venit deus in caſtra, inimici autem noſtri quid interim? Ingemunt dicentes. Væ vobis.
1.Reg.4. Non erat heri tanta exultatio in Iſrael. Et obſeruandum, ꝗ ad multorum fores pulſat deus, oportune &
Canti.5. importune, & quia cunctamur ſurgere, declinat alio, & væ eis cum receſſero ab eis. Oſee. 9. Quod væ?
Abſcondam faciem meam ab eis & erit in deuorationem. Ille autem ſero ſapiens dicet, & verum dicet.
Vere quia non eſt deus mecum (notate verba) inuenerunt me mala hæc. Receſſit omnis boni bonum a
Deut.31. nobis, & apprehenderunt nos omnia mala. Vnde illud Gedeonis ad angelum. Obſecro mi domine, ſi do
Iudi.6. minus eſt vobiſcum, cur ergo apprehenderunt nos omnia mala hæc? Sed tu tene quod habes, vt nemo an-
teuertat coronam tuam. Apoc. 3. Si enim illi quibus cum beatiſsima trinitas eſt, impugnantur a Satana, G
qui nullum non mouet vel tentat mouere lapidem, quanto magis concutientur illi, a quibus receſsit om-
ne præſidium? Num.14. Dicamus igitur & nos, mane nobiſcum domine quoniam adueſperaſcit. Qui
nō diligit me, ſermones meos nō ſeruat. Et ſermo quē audiſtis nō eſt meus, ſed eius
qui miſit me patris. Conſequens eſt, vt qui deum contemnit (quippe qui nec eum timet, nec homi-
nes veretur) & verba eius det peſſum. Sed vide ꝗ verba Chriſti, verba quidem erant, ſed verba de verbo
quod erat in principio deus apud deum. Hæc autem verba vitæ æternæ iuxta Petrum, Maria conſerua-
Luc.2. bat in corde ſuo, & beata Cecilia abſcondita geſtabat ſub pectus ſuum, & non diebus non vel noctibus
Pſal.118. vacabat aterēdis illis in mortario cordis ſui, dicens interim cum propheta, ꝗ dulcia faucibus meis eloquia
tua, ſuper mel. Hæc loquutus ſum vobis apud vos manens. Paracletus autem quē mit-
tet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunꝗ H
dixero vobis: ipſe dixi vobis. Dixerat in ſuperioribus, rogabo patrem, & alium paracletum da-
bit vobis, nec dixerat dominus, ad quid dandus erat, niſi quantum ex quid nominis conſectare licet, in-
terpretatur enim aduocatus, ex hortator & conſolator. Nunc autem euidenter explicat, ad quid vel ma-
xime dandus erat, videlicet vt doceret apoſtolos multa, quæ dominus Ieſus eos non docuit, quia capaces
non erant ſolidioris doctrinæ, & ſuggereret multa alia quæ audierant ex ore domini. Erant igitur apo-
ſtoli primum quidem rudes adhuc vt qui inſtante morte, de primatu contendebant, erant & obliuioſi. Spi-
ritus ſanctus igitur duo hæc efficiet, primum vt intelligatis omnia quæ audiuiſtis ex ore Chriſti, ſecundo.
Ex obliuioſis reddet memoria tenaciſsimos, e tardis dociles, neque quicquam patietur vos ignorare, quod
ad ſalutem pertinet, neque quicquam obliuiſci. Quia ergo vt doceret venit, in linguis venit, quia cæleſtia
Actu.2. venit ſuggeſturus: linguæ illæ igneæ erant. Vnde illud: Soror noſtra paruula eſt: vbera non habet. Paruu-
Eccle. la erat eccleſia. 120. videlicet credentes. Vbera non habebat, ideſt ſcientiam vel doctrinam. Id nullus ibit I
Canti.8. inficias. Apoſtoli enim fere omnes erant piſcatores: Muſas nunquam ſalutarant. Sequitur ex canticis,
quid faciemus ſorori noſtræ in die qua alloquenda eſt? Quomodo alloquenda? Fides Chriſti in vna tan-
tum gente erat ad vna lingua, erāt apoſtoli mittendi per orbem, vt prædicarent euangelium omni creatu-
ræ. Sed quomodo prædicabunt omni genti, qui vnam tantum linguam callebant? Quid faciemus ſorori
Marci.16. noſtræ paruulæ & vbera non habenti, & dicenti cum propheta A. A. A. domine: ecce neſcio loqui: quia
Hiere.1. paruula ſum? Paracletus inquit ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, docebit vos omnia:
quæ docturi eſtis: ipſe dabit vobis os & ſapientiam: & mutabit vos in alios viros: vt vere ſitis lux mun-
Matth.5. di per doctrinam: ſitis & ſal terræ per vitam: vt facientes quæ docetis: magni ſitis in regno cælorum? Pa-
cem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat: ego do vo
Colloſ.1. bis. 23. q. 1. cap. Niſi bella. Pax quidem vera ipſe dominus Ieſus: qui per ſanguinem crucis ſuæ pacificauit K
1.Reg.17. quæ in cælis ſunt quæꝗ in terris. Sed eccleſia quamdiu in hoc ſeculo eſt, & audit virum neſcio quem ſtan-
Num.20. tem in theatro ac dicentem: date virum: qui deſcēdat mecū ad ſingulare certamen: pacem quomodo ſe pu-
Pſal.128. tat habere? Obſtat & Edom ex altera parte dicens. Non tranſibis per me: alioqui armatus occurram tibi.
Luc.22. Si igitur eccleſia ſępe impugnata eſt a iuuentute ſua: & nūc in præſentiarū hoſtes inſtant a tergo: dicen-
te domino: vendat vnuſquiſque tunicam ſuam: & emat gladiū: quod eſt quod audit: pacem meam do vobis?
Pax. Sed vide ꝗ duplex eſt pax: pax Dei: & pax mūdi. De pace Dei dicit eccleſia: ego murus: & vbera mea ſi-
cut turris: ex quo facta ſum coram illo quaſi pacem reperiens. Quid eſt coram illo: & quaſi pacem? Ha-
Iacobi.4. bet eccleſia pacem cū Deo, iuxta illud: iuſtificati per fidem: pacem habeamus ad deū: ſed quoniam quicunꝗ
voluerit amicus eſſe Dei: inimicus mūdi conſtituitur: recte eccleſia non pacem ſe repperiſſe dicit, ſed quaſi
pacem

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

pacem. Pax enim vera de qua dicitur, data eſt ab eo pax in omnes per circumitum nationes, nulluſque eis
hoſtium reſiſtere auſus eſt, ſed cuncti in eorum ditionem redacti ſunt, non hic ſed in cælo datur. Nam eſto Ioſue. 21.
nullus hoſtis exterior impugnet eccleſiam, num propterea caro non concupiſcit aduerſus ſpiritum? Gal 5. Gene. 4.
Num propterea peccatum non ſtat pro foribus pulſans, & moleſtum eſt adoleſcentiæ noſtræ? Quæ adeo Prouer. 30.
procliuis eſt in vitia, vt hoc quartum Salomon penitus ignoret. Num non propterea minus timẽdum eſt Matth. 10.
a falſis fratribus (2. Cor, 11.) quos dominus domeſticos inimicos vocat? Reperit igitur eccleſia non quidem Gregorius
pacem, ſed quaſi, hoc eſt Inducias, quia hoſtis noſter non quoties vult, manus nobiſcum conſerit, ſed quo- Luc. 2.
ties permittitur. De hac igitur pace inchoata dicit dominus, pacem meam relinquo vobis, de pace plena di
cit Simeon: Nunc dimittis ſeruum tuum in pace. Pax enim vera ex deſiderio conditoris inchoatur, ex ma-
nifeſta autem viſione perficitur. Plena enim tunc erit, cum mens noſtra nec ignorantia cæcatur, nec carnis
A impugnatione concutitur. Si autem Paulus colaphizatur (2. Cor, 12.) & captiuus ducitur, nos qua fron- Rom. 7.
te dicturi ſumus, in pace ſunt omnia? Itaque niſi quis diſcordauerit a Satana: pacem non habebit cũ Chri
ſto, quia nemo poteſt duobus dominis militare. Cæterum in cælo vna & tota virtus eſt amare quod vi- Matth. 6.
deas, & ſumma fœlicitas habere quod amas. Ibi enim beata vita & vera pax in ſuo fonte bibitur, vnde Auguſt.
aſpergitur aliquid huic humanæ vitæ, vt in tentationibus huius ſæculi temperantur fortiter, iuſte pruden
ter & pacifice viuamus. Quid eſt autem: Non quomodo mundus dat ego do vobis? Vide qualem pacem 2. Reg. 15.
dedit Abſalon patri ſuo, & Ioab amico ſuo. 2. Reg. 20. & Cain fratri ſuo, & Iudas Deo ſuo. Pauca dixi,
vos ex his multa cogitate. Vide Hiere. cap. 18. & Michææ. 7. Non ergo quomodo mundus dat pacem ſuã,
prædicans pacem, mordens dentibus (Mich. 3.) dat nobis deus noſter pacem, ſed veram ſyncerã quæ exu-
perat omnem mentem. Philip. 4. Vbi paſtor cubat in meridie. Canti. 1. Non turbetur cor veſtrum
neque formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis: vado & venio ad vos. Vado & venturus ſum
B ad vos, hoc eſt, diſcedo, mox rediturus. Si diligeretis me: gauderetis vtique: quia vado ad pa
trem, quia pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis, prius quam fiat, vt cum factum fue
rit credatis. Quod dixit textus, neque formidet, Græce eſt, diliato, quod proprie eſt ob ignauiam refu-
gere & detrectare periculum (tu ne cede malis, ſed contra audentior ito) & iuxta prouerbium, trepidare
ante tubam, ſicut illi de Gedeon, qui reuerſi ſunt in propria. Iudi. cap. 7. Fortes autem fortuna iuuat, & for
tibus veluti fauet, infenſa iis, qui nihil audent experiri, ſed veluti cochleæ perpetuo latent intra teſtas. Di-
ctum eſt autem in præcedentibus, ex quibus cauſis poterant diſcipuli turbari. Quia licet ad modicum & Eſai. 49.
velut punctum relinquendi eſſent a paſtore, vere lupi illi nec gregi parcerent, niſi dominus concluſiſſet ri- Ioan. 18.
ctus eorum, dicens, ſinite illos abire. Vide Dani. 6. Non igitur trepidetis ante quam bellicum canatur, neque for
midetis velut pueri, qui pupilla eſtis oculi mei: quocunque loci fuero, vobiſcum ſum vſque ad conſumma-
tionem ſæculi, hoc eſt vado iuxta formam ſerui, & venio poſt tres dies, iuxta formam autem Dei vbique Zach. 2.
C ſum, & in cælo ſedens, pedes habeo in terra, id eſt corpus cuius caput ſum. Per id igitur dicitur abire, per Matth. 28.
quod dicitur veniſſe in propria, Ioan. 1. Si diligeretis me, gauderitis, quia vado ad patrem, vado autẽ per
id, per quod pater maior me eſt. Quare autem ad gratulandum eſt domino eunti ad patrem? Auguſtinus. Auguſt.
Quia naturæ noſtræ gaudendum eſt, eo quod ſic aſſumpta eſt a verbo vnigenito, vt immortalis conſtitue- Matth. 28.
retur in cælo, atque ita fieret terra ſublimis, vt incorruptibilis puluis ſederet ad dexteram patris, accepta po
teſtate in cælo & in terra. Sed tamen qui impenſius diligebant Chriſtum, propter quem mundo dixerant
vale, non poterant non turbari, non poterant non formidare, quia dum caput ægrotat, cætera membra ſi
ſana ſunt, neceſſe eſt vt condoleant. Et nunc dixi vobis prius quam fiat, vt cum facta fuerit, credatis. Quid
eſt hoc? Si credendum eſt, ante quam fiat credendum eſt, hæc eſt enim laus fidei, ſi quod creditur, non videtur.
Et neſcio inquit Auguſtinus, vtrum credere dicendus ſit quiſque quod videt. Sed tamen apoſtoli aliud vi- Auguſt.
ſuri erant, ex quibus illis præmiſſis aliud credituri. Viſuri erant dominum deuorari a ceto, & euomi tertia die, &
D poſt dies. 40. In curru igneo in paradiſum Dei & in tertium cælum aſſumi. Hoc viſuri erant: ex quibus 2. Reg. 2.
præmiſſis hanc concluſionem illaturi erant, ipſum vere eſſe, qui conſtitutus erat a deo patre iudex viuorũ
& mortuorum, qui potuit hoc facere, cum prædixiſſet, & prædicere ante quam faceret. Creditur autem hoc nõ Actu. 10.
fide noua, ſed aucta, aut certe cum mortuus eſſet defecta, cum reſurrexiſſet, refecta, iuxta illud, ego roga-
ui pro te, vt nõ deficiat fides tua. Lucæ. 22. Iam non multa loquar vobiſcũ. Mortalis videlicet, quia Pſal. 77.
cito depoſiturus erat tabernaculum ſuum, in quo habitauerat cum hominibus. Depoſuit autem illud, in- 3. Reg. 2.
greſſurus & ipſe cum patre ſuo viam vniuerſæ carnis, ſuſcitaturus illud rurſus poſt triduum. Amos. 9. Ce-
terum rediuiuus: multa cum ſuis contulit de regno Dei. Et quare iam non multa vobiſcum cõferre liceat,
Sequitur. Venit enim ille princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Venit
exactor operarum: venit per ſatellites ſuos, duce Iuda, vnus ex. 12. vt nomen meum auferat & extinguat Hiere. 11.
& aboleat penitus de terra viuentium. Sed nihil ab eo periculi eſt, nam in me nihil habuit, habet vel ha- Gene. 31.
E biturus eſt iuris. Venit Laban & ſcrutatus eſt per ocium tabernaculum Iacob. Vide hiſtoriã Gene. ca. 31. Matth. 4.
Sed non habet quicquam ſui iuris in me, omnia ille licet promitteret. De his autem idolis quæ Laban ve
hit ſua requirebat in tabernaculo noſtri Iacob, vide late Ezech. cap. 8. Erat ibi idolum Zeli, idolum Ado-
nidis. In Luco erat idolum priapi, cui præerat mater regis, id quod ſuperat omnem fidem, 3. Reg. cap. 15. Mi
rabile eſt autem vt Satan eius tabernaculum ſcrutaretur, qui plenus erat gratia & veritate. Ioan. 1. Noſtra
enim quando ſcrutatus fuerit, vere non abibit vacuus. 25. p. finabilis. c. contentior. Item de pœni. diſtin. 2.
Si enim. Eſt autem vox hæc multæ libertatis, in me non habet quicquam, ita vt Iacob tumens, diceret ad
Laban. Quam ob culpam meam & ob quod peccatum meum ſic exarſiſti poſt me, & ſcrutatus es omnem
ſupellectilem meam? Quam? Qui nec illud habuit quod vulpes. Matth. 8. Quis ex diuitibus huius ſæculi
vt de

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

vt de cæteris taceam vitijs quibus vndique ſcatet genus humanum, hanc vocem præſumere poteſt, quid
Figura. inueniſti apud me, quod iure ſit Cæſaris? Nam & ſi falſa ac deluſa eſt diligentia Laban requirentis idola
ſua, Satanas certe non fallitur. Cæterum idola non inueniuntur in tabernaculo eius qui peccatum nõ fe-
cit, ſed in domo eorum qui muliebria patiuntur. In me autem non habet quicquam. Gloſa. Etiam ſi leuiſ-
ſima peccata mortis ſupplicio perſequatur princeps mundi huius, in me tamen non habet quicquam. Et
August. quia mortem intulit immerito & innocenti, ius amiſit ſuper eos quos iuſte in morte detinebat. Auguſti-
nus ſuper Pſal. 142. Sic legit hunc textum. Venit enim princeps mundi huius, veniet præpoſitus mortis, ope-
ris mali perſuaſor, ſupplicij exactor, veniet, & in me nihil inueniet. Quid eſt, in me nihil inueniet? Nullã
Pſal. 68. culpam, nihil quare mori debeam. Nihilominus tamen quæ non rapui exoluam, ſum enim aries ille (Ge-
Gregorius ne. 22.) qui pro Iſaac immolatus eſt. Ad hæc Gregorius. Cogitandum cum magno fletu ꝙ rabidus & ter-
ribilis ſua in nos opera requirens in die noſtri exitus princeps amarorum huius ſæculi veniat, ſi etiam ad F
deum iuxta quod homo erat morientem, venit, & in illo aliquid quæſiuit, vbi nihil inuenit. Sed vt co-
gnoſcat mundus, ꝙ diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater ſic facio, ſur-
Rom. 6. gite eamus hinc. Morior inquit, non ꝙ morte aliquid fecerim dignum, ſtipendia enim peccati mors
eſt: ego autem peccatum non feci, peccare non potui, ſed vt facerem voluntatem patris mei, vt cognoſcat
mundus ꝙ vere diligo patrem, vt peccatores per innocentis mortem liberentur, qui habent quare morian-
tur. Tanquam igitur ei diceretur, cur moreris, ſi non habes peccatum: cui debetur velut ſtipendium mors?
Theoph. Subiecit, vt cognoſcat mundus ꝙ diligo patrem, ſurgite eamus hinc. Theophyl. Ita dicit. Intelligens eos
formidine territos, fingit ſe illos in locum occultum abducturum, in quo non ſunt capiendi, & exurgit
ſane a loco in quo erat, vt perturbationibus animarum eorum ſedatis, traderet eis dogmata magis myſti-
Abbas. ca. Abducit autem in hortum, de quo infra Ioan. cap. 18. Hanc poſitionem tenet & Abbas doctor moder-
nus, dicens. Ab hoc loco vſque ad principium cap. 18. Ioannis. Hæc tria capita loquutum fuiſſe dominum G
ſuis in villa quæ dicitur Gethſemani vel in monte oliuarum. Ne inquit in anguſto intra parietes cœna-
culi huius nos comprehendant, vobiſque non ſit libera fugiendi facultas, nolo enim quemquam ex vobis
perire, ſurgite eamus, ne vel hic cuius diuerſorio vſi ſumus vllam propter nos moleſtiam incurrat. Nico-
Nicolaus. laus dicit abductos eos ad locum ſecretiorẽ & quietiorem, ſed quis fuerit ille locus, non indicat. Quod au-
tem ſoluit poſitionem Hilarij (quæ eadem eſt cum ea quæ eſt Theophylacti & Abbatis) dicens obſtare
id quod Ioannes dicit, hæc cum dixiſſet Ieſus egreſſus eſt, & cetera. Poteſt dici, ꝙ conduxerit eos in mon-
tem oliuarum vel alium citra torrentem, ſermone explicito tranſgreſſus eſt torrentẽ cedron, vbi erat hor-
Faber. tus. Faber via media incedit dicens, ꝙ caput Ioannis. 15. ſextum decimum & . 17. Dominus inter eundem
a cœnaculo ad torrentem compleuit. Hæc ille, quod mihi ſatis veriſimile videtur.

Caput. xi. Ego ſum vitis vera vos palmites, pater meus agricola. Si quis H
in me non manſerit. Sine me nihil poteſtis facere. Si manſeritis in me & ver-
ba mea in vobis, quicquid petatis, accipietis.

EGo ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt. Omnem palmitem
Ioan. 15. in me non ferentem fructum tollit eum, & omnem qui fert fructũ
purgabit eũ, vt plus fructus afferat. Iam vos mundi eſtis, propter
ſermonem quem loquutus ſum vobis. de conſe. diſt. 4. cap. aliud, Mane
te in me & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum a
ſemetipſo niſi manſerit in vite ſic nec vos niſi in me manſeritis. Ego
ſum vitis. Caietanus. Mirum videtur ꝙ Ioannes nulla vtitur coniunctionis copu-
la ad præcedentia cum dixit Chriſtum recedere ex cœnaculo. Suſpicor ergo ſurgen-
Sapien. 9. tibus apoſtolis, factam inter ipſos contentionem, quis eorum percuſſo paſtore fu- I
turus eſſet maior: quam contentionem ex Luca relatam, quia Ioãnes omittebat & aduerſus illam fructus
vnitatis ſæpe in conſequentibus commendatur, ideo abſque continuationis nota ſubiunxit. Ego ſum vi-
tis, interruptionem inſinuans per hoc. Iuxta quod dicit ſapientia Dei, ſi propter corpus corruptibile quod
aggrauat animã & deprimit ſenſum, difficile cogitamus quæ in terra ſunt, & quę ob oculos inuenimus
cum labore, quæ cæleſtia ſunt quis inueſtigabit, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris ſpiritum ſanctum tuũ
de altiſsimis? Reuera ad ea quæ ſunt cæleſtia omnes calpæ ſumus, aut ad multum oculos noctuarum ha-
bemus, dicente illo qui ſuper ſenes intellexit, cui deus incerta & occulta ſapientię ſuę reuelaret (Pſal. 50.)
Pſal. 17. deus meus illumina lucernam meam & tenebras meas. Hęc igitur eſt ratio, ꝙ ſapientia Dei in noſtra ve-
1. Cor. 1. niens, ſermonem ſuum ita attemperauit, vt caperetur a nobis (quod enim ſtultum eſt Dei ſapientius eſt K
eſt hominibus) vtens pro ſubiecta materia & auditorum capacitate multis & aptis ſimilitudinibus, ſicut
dictum eſt Matth. 13. Sine parabola non loquebatur eis. Dixerat in præcedentibus multa de charitate, de
imitatione ſui, de imminenti preſſura, vt ſe præſtarent idonea hoſpitia patri & filio & ſpiritui ſancto, nec
tamen viribus ſuis fiderent, cum ſine ipſo perinde eſſent quaſi corpus, anima abſente, quę quo magis in-
telligerent, ſubiecta notiſsima ac familiari ſimilitudine vitis & palmitum, aperit, dicens, Ego ſum vitis ve-
ra. Quid eſt, vera? Nunquid addens vera, hoc ad eandem vitem retulit, vnde iſta ſimilitudo tranſlata eſt?
Minime. Nam ſi Chriſtus eſt vitis vera, Chriſtus non eſt Chriſtus. Non eſt lapis angularis, non eſt oſtium,
non Leo de tribu Iuda, Si vitis eſt, nõ eſt botrus ille allatus de terra promiſsionis. Num. 13. Quicquid horũ
fuerit, aliud eſſe non poterit, ſed ideo eſt omnia per ſimilitudinem, quia nullũ illorum eſt per proprietatẽ.
Dicens

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Dicit ergo, ego ſum vitis vera, ab illa ſe diſcernit cui dicit: ego te plantaui vineã electa, omnẽ ſemẽ verũ. Hiere. 2.
Quomõ conuerſa es mihi in prauũ. 70. In amaritudinẽ vitis alienæ! Itaq; mediator Dei & hominũ Chri-
ſtus Ieſus ideo vitẽ verã ſe dicit, quia verã humanitatẽ accepit, & vere habitu inuẽtus eſt homo. Qui cũ
deus eſſet, cuius naturæ nõ ſumus, ideo factus eſt homo, vt in illo eſſet humana natura, cuius & nos pal-
tes eſſe poſſemus. Magnũ eſt autẽ tantæ vitis nos eſſe palmites, ſi tamen tanto capiti mẽbra apte reſpõ-
deant. Sed tamẽ vide quid ſequatur. Pater meus agricola eſt. Et quod eſt huius boni & ſapientiſsimi agri-
colæ officium. Omnem palmitẽ in me non ferentẽ fructum, tollit, ne terrã inutilior occupet, & in ignem Lucæ. 13.
mittit. Omnem autẽ qui fert fructum purgat, i. putat laboribus, vigilijs, Satanæ ſtimulo, periculis latro- 2. Cor. 11.
num, & falſo fratrũ, ablatione ſubſtantiæ, morte filiorũ, & flagello vlceris peſsimi, vt fructum plus affe-
A rat. Vocatur & populus Dei vitis ſed frondoſa, iuxta prophetam, Vitis inquit frõdoſa Iſrael, fructus ei ad- Hierony.
æquatus eſt. Hieronymus. Aquila, enydron dixit, quã nos aquoſam poſſumus appellare, eo q; vini per- Oſee. 10.
dat ſaporem. Symachus, hylomenuſan, quæ tota in frondibus creuerit. Vites enim quæ putatæ a vinitore
non fuerint, in flagella frondeſq; luxuriant, & humorem quem debuerant in vina mutare, vana frondium
ambitione diſperdunt. Iſtiuſmodi vitis damnoſa eſt agricolis. Talis fuit Iſrael creſcens in multitudine po-
pulorum, & non reddens fructus vinitori Deo. Dicamus & aliter. Vitis frondoſa, ſiue iuxta 70. euclema-
tuſa. i. bonas habens propagines & flagella fructifera, multos botros attulit, & vuarum fœcunditas ramo-
rum magnitudinem coæquauit. Sed quæ talis prius erat, cõuerſa in amaritudinem, abundantiam fructuũ
conuertit in offenſæ multitudinem, vt quanto plures haberet populos, tanto plura ædificaret altaria, &
abundantiã terræ numero vinceret idolorum. Quid igitur faciet vinitor huiuſmodi vitibus aquoſis fron-
doſis & amariſsimi fructus? Tollet falce mortis, & c. De quo diximus, diruam macerĩã eius. Matth.
ca. 21. Cum autẽ audis, non ferentẽ fructum, obſeruato & illud, ſine me nihil poteſtis facere, vt fruſtra Pe- Eſai. 5.
lagius extollat liberũ arbitriũ, dicens: vt quod per liberum arbitrium homines facere iubẽtur, facilius poſ- Pelagius
B ſint implere per gratiam, cum ſine me inquit fructũ ferre nõ poſsitis. Nec enim dixit, ſine me poteſtis qui-
dem, ſed difficile poteſtis, ſed ſine me nihil poteſtis, ſed omnis noſtra ſufficientia ex Deo eſt. Et tamen om-
nem qui fert fructũ, purgat agricola. Purgata eſt autem & ipſa vitis (qui peccatũ non fecit) a vinitore, 2. Cor. 5.
falce paſsionis, ſicut ſcriptũ eſt, ſi in viridi vite hæc faciunt, in aridis ſarmentis quid fiet? Quid factũ eſt in Lucæ. 23.
viridi ligno? Vidimus eum talos a vertice vſq; ad imos, & non erat in eo locus ſine vulnere. Sed audi vo- Treno. 1.
cem vitis in trenis. O vos omnes qui tranſitis per viam, attẽdite & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. Vn-
de: Quoniã vindemiauit me ſicut loquutus eſt dominus. De vindemia enim vitis huius, facta ſunt veſti- Eſai. 63.
menta ſua velut calcantiũ torcular. De vindemia vitis huius exiuit ſanguis & aqua, hoc eſt vinum firmũ Eſai. 55.
& lotea, quæ duo vocantur apud Eſaiã vinum & lac, cibus fortium, & cibus paruulorũ. Vnde illud. Sa- 1. Cor. 3.
pientiam loquimur inter perfectos. 1. Cor. 2. Sequitur de aqua vel lacte, tanq; paruulis in Chriſto lac vobis
potũ dedi. Habes de vite vera quomodo putata eſt, vt fructũ afferret vitæ, aquã videlicet & ſanguinem.
C In aridis igitur vitibus & ſarmentis quid fiet? De natura autẽ vitis ita dicit Plinius, lib. 14 cap. 1. Nulla eſt Plinius.
ligno vlli æternior natura. Iouis ſimulacrũ in vrbe populonia ex vna conſpicimus vite, tot æuis in corru-
ptam. Metaponti templũ innouis virgineis colũnis ſtetit. Etiam nunc ſcalis tectũ Epheſinę Dianæ ſcan-
ditur vite vna Cypria vt fertur, Inuenta eſt & vitis Romę duodenis vini amphoris fœcũda, vobis vbiq;
exuperant. In agro campano populis nubunt, maritaſq; cõplexæ, atq; per ramos earũ procacibus brachijs
geniculato curſu ſcandentes, cacumina æquant. Nullo fine creſcunt. Villas & domos ambiri ſingularum
palmitibus, memoria quoq; dignũ. Sed hæ vites tonſura annua coercentur, ſicq; vis earum omnis euocatur
in palmites, vnde pullulant botri. Sunt igitur vites æternæ, in corruptibilitate, mirabiles celſitudine vber-
timæ fœcunditate, multigenæ in fructius diuerſitate. Vuarũ enim genera quis explicet? Hæc ille. Omnẽ igi-
tur palmitem etiã ſi fructum ferat. Centeſimũ, purgat vinitor, ne in folia luxuriet, & vt fructũ plus afferat. Matth. 13.
D Quis enim eſt in hac vita ſic mundus, vt non ſit magis magiſq; mundandus? Ecce inter ſanctos eius nemo Iob. 15.
immutabilis, quanto magis homo abominabilis & inutilis qui bibit quaſi aquã iniquitatem. Vnde Pau-
lus, ego inquit non arbitror me comprehẽdiſſe. Forſitan non dũ conſcendi dimidiũ graduum ſcalæ Iacob.
Gene. 28. Hoc de Paulo dictum ſit: Nos enim vix ex centũ gradibus decẽ aſcendimus, vtinam non adhuc
ſerpentus in terra, qui mente cũ Alexandro cælũ tenemus, & volumus iam ſedere in lateribus Aquilonis.
Eſai. 14. Iam vos mundi eſtis, & c. Sermo iſte eſt de dilectione Chriſti, & de dilectione fraterna. Ser-
mo iſte doctrina eſt Chriſti, cui fidem adhibẽtes apoſtoli, viti veræ inſerti ſunt, cũ ipſi alias eſſent oleaſtri Ioan. 13.
aut labruſcæ. Vnde illud, fide purificans corda eorũ. Actu. 15. Mundi igitur erant apoſtoli, dicente domino,
vos mundi eſtis, ſed non omnes, & rurſus, qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet, & c. Quod autem
Auguſtinus exponit hunc locum de ſacramento baptiſmatis, dicens, detrahe verbum, & quid eſt aqua niſi
aqua, verum eſt, q; detracto verbo, ego te baptizo in nomine patris & filij & ſpiritus. ſ. Nihil eſt aqua,
E nihil confert aqua, tamen cum bona venia tanti doctoris, hinc nullam video fieri memoriam de ſacra-
mento baptiſmatis. Alias ſicut detracto verbo, aqua non eſt aliud q; aqua, ita ſi non adſit fides in ſuſci-
piente, vel offerente diluendum, & intentio cum fide, vel ſaltem intentio in baptizante, aqua quid eſt
niſi aqua? Manete igitur in me per dilectionem, & ego in vobis per capitis cum membris connexionem,
Nicolaus hoc quod dictum eſt, iam vos mundi eſtis propter ſermonem, & cætera. De doctrina Chriſti Nicolaus.
intelligit, ſicut expoſitum eſt. Sicut palmes non poteſt ferre fructum a ſemetipſo, & cętera. Qui relicta vi- Lucæ. 15.
te & domo paterna, receſsit, conſilij inops, tantum abſuit, vt fructum afferret, vt magis breui, omne Hiere. 17.
patrimonium dilapidauerit. Vos igitur fructum ferre qui poteritis, ſi recedatis a vite vera, in qua om-
nes mouemus & ſumus? Actu. 17. recedentes autem a vite in terra ſcribentur, quoniam dereliquerunt

BBB Venam

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

venam aquarum viuentium. Ego ſum vitis, & vos palmites. Qui manet in me & e-
go in eo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere. Eadem eſt ſenten-
Matth. 15. tia cum ſuperiore, alijs verbis repetita. Et licet omnis qui manet in Chriſto & in quo Chriſtus manet, fru-
Matth. 20. ctum afferat multum, non tamen omnes vna & eadem menſura, quia alij 30, alij 60, alij centeſimũ ferunt
fructum, quia alij portant pondus totius diei, alij vix vna hora deſudant in cultu huius vitis vel vineæ.
Paulus enim abundantius omnibus laborauit, 1. Cor. 15. Cæterũ inquit idem Paulus, Non autem ego, ſed
gratia Dei mecum. Hoc eſt quod dominus dicit, ſine me nihil poteſtis facere, quia velle adiacet, & ſurgere
Gregorius nunq̃, niſi gratia Dei comite. Gregorius ſuper Ezech. ca. 2. Sta ſuper pedes tuos, & loquar tecũ, Sequitur.
Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, & ſtatuit me ſupra pedes meos. Ecce diuina vox prophetæ iacenti præcipit
vt ſurgat, ſed ſurgere omnino nõ poteſt, niſi in hunc omnipotẽtis ſpiritus prius intraret. Quia ex Dei gra-
tia ad bona opera conari quidem poſſumus, ſed implere non poſſumus, niſi ipſe adiuuet qui iuſſit. Hoc eſt F
ergo quod dicit Paulus, Non ego ſed gratia Dei mecum, ac ſi dicat. In bono opere laboraui: non ego ſed
ego: non tamẽ abſq; Theſeo. In hoc enim q̃ ſolo dono Dei p̃uentus ſum: non ego. In eo autẽ q̃ donum
Figura. Dei voluntate ſum ſubſequutus, & ego. Simile eſt illud iuxta myſteriũ. Iacet Helias ſub iunipero, & niſi
3. Reg. 19. excitetur ab angelo, omnino moriendum eſt ſibi. Sequitur. Comede & bibe, quia grandis tibi reſtat via.
Niſi igitur Helias excitetur, a gratia Dei quæ nos p̃uenit, & paſcatur, a gratia Dei quæ comes noſtra
eſt, viã aggredi omnino non poſſumus. Hac autẽ comite, ambulamus inquit in fortitudine cibi illius vſq;
ad montem Dei. Vnde illud ex p̃uerbio, cum Minerua quoq;. &c. Sunt autẽ & quidam adeo inſipiẽtes
vt in pulicis morſu deũ quoq; inuocent. Quidã offenſus dolore pulicis pedẽ mordentis, ſubſedit, & Her-
culem alexicacon implorauit. Mox deſiliente pulice, male præcatus eſt Herculi, qui eũ in tantillo periculo
vocatus, nõ tuliſſet opem, non videtur veriſimile, eum in grauioribus affuturũ. Siquis in me non man-
ſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligunt eum, ſynaguſin: & in ignem G
mittunt, balluſi, & ardet. Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, quod-
cunq; volueritis petetis, & fiet vobis. Vnũ igitur ex duobus palmiti congruit vel vitis, vel ignis.
Origenes ſuper Ezech. 15. cap. Fili hominis quid fiet de ligno vitis? Lignum vitis vt in fructu eſt honora-
Origenes. bilius lignis omnibus, maxime ijs qui in ſaltu fructificant, ſic ad cætera in vtilius (vide ſupra hoc eodem
capite plinium) omnibus lignis eſt. De alijs lignis vaſa fiunt ad vſum hominũ vtilia, de palmitibus autẽ
nec paxillus vtilis eſt. Dicit ergo ſermo Dei, q̃ vt palmes vitis honorabilior ſit cæteris lignis, ſi fructũ affe-
rat, ſic ab omnibus inferior iudicatur, ſi id non habeat vnde præcellit. In domo autem Dei non ſolũ ſunt
2. Tim. 2. vaſa aurea ſed & lingna. Iſta autem lignea non vitiginea ſunt, ſed de alijs lignis. Quantum ergo malum
eſt, vt ligna quodam vilia inueniantur in magna patris familias domo, & palmes vitis meæ inutilis ſit, &
in ignem proijciatur. Mittetur igitur foras in tenebras exteriores, & ardebit in igne quem ſibi ſuccendit, Si H
Matth. 22. enim non præciditur, impedimento eſt viti, ne pro arido exuctoq; palmite fructuum feraces producat pal-
Eſai. 50. mites. Natura certe ad mentem nos optimam genuit inquit Quintilianus, adeoq; diſcere meliora volenti-
Quintilia. bus promptum eſt, vt vere intuenti mirum ſit illud magis, malos eſſe tam multos. Nimirũ & idem miratur
deus, quomodo conuerſi ſumus in amaritudinem, & facti ſumus alieni a vera vite, quæ nos portabat, &
plantauerat in paradiſo ſuo, & iam degenerauimus in labruſcas. Si igitur manſeritis in me per fidem, &
verba mea in vobis, opere ea exequentes, vitam videlicet & ſuccum attrahentes a radice, quodcunq; vo-
Eſai. 5. lueritis, petitis & fiet vobis. Qui enim huiuſmodi eſt, quid poteſt velle, niſi quod vult dominus Ieſus? iſte
itaq; nihil aliud poſtulabit, q̃ quod edoctus eſt a ſpiritu ſancto, vt dicat illud, fiat voluntas tua ſicut in cæ
Ionæ. 4. lo & in terra. Qui autem dicunt, nec faciunt, toti luxuriant in folijs ſicut cicaion Ionæ, non computãtur
qui tales ſunt in vite, quia vitam non hauriunt a radice. In hoc clarificatus eſt pater meus, vt fru-
ctum plurimum afferatis, & efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater, & ego I
dilexi vos. Manete in dilectione mea, ſicut & ego patris mei precepta ſeruaui, & ma-
neo in eius dilectione. Hæc loquutus ſum vobis, vt gaudiũ meũ in vobis ſit, & maneat,
& gaudiũ veſtrũ impleatur. Nimirũ iuxta Auguſt. vſq; adeo deus auarus eſt noſtræ ſalutis, vt dicat
de eo (an vere, an ſecus nõ refert) metis vbi nõ ſeminaſti. Et hinc aggratulatio illa argumẽtũ euidẽs boni-
Auguſt. tatis Dei, euge ſerue bone intra in gaudiũ domini tui. Hinc ſollicitudo illa patris familiæ exeũtis hora pri-
Lucæ. 19. ma, 3, 6, nona, vndecima vt cõduceret operarios. Matt. 20. Imo iuxta Hieremiã de nocte cõſurgẽs ſæpe ſæ-
pius, mittebat ad idẽ ſeruos ſuos prophetas. Quid enim? Nũ bonorũ noſtrorũ eget deus? An tenebræ mu-
tuabũt lumẽ ſoli? Sed ſicut, p̃pter malos nomẽ Dei male audit inter gẽtes (2. Reg. 12.) ita ex bona iuſtorum
Cap. 25. vita glorificat pater noſter qui eſt in cœlis. Clarificat etiã in morte iuſtorũ, ſicut dictũ eſt de Petro. Ioã. 21.
Quin & clarificat in morte impiorũ, iuxta illud Exo. 14. Indurabo cor Pharaonis, & p̃ſequẽt vos, & glo- K
rificabor in Pharaone, & in omni exercitu ſuo, & ſciẽt Aegyptij q̃ ego ſum dominus. Itẽ illud Leui. ca. 10.
Arreptis Nadab & Abiu thuribulis, impoſuerũt ignẽ & incẽſum de ſuper offerentes corã domino ignem
alienum, egreſſuſq; ignis a domino, deuorauit eos, & mortui ſunt. Dixitq; Moſes ad Aaron ex ore do-
mini. Sanctificabor in his qui appropinquãt mihi, & in conſpectu omnis populi glorificabor. Sanctifica-
tur igitur deus etiam in vindicta impiorum. Puniens enim peccatores, iuſtus videtur, flagellato enim pe-
ſtilente, ſtultus ſapientior erit. Iſti autem ſacerdotes iuxta Hebreos ebrij erant, quando obtulerunt ignem
alienum, & quia malũ initium dederunt ſacerdotio ſuo prima die oblationis, per quæ peccauerũt, & pu-
Prouer. 19. niti ſunt, ſepulti ſunt veſtiti ſicut occiderãt, quia ignis veſtimẽta ſacra nõ attigit. Sicut dilexit me pater,
Sapien. 11. & ego dilexi vos, Non quia patre crucẽ ſubire me, ſtatuit, idcirco minus dilexit. Non igitur ego vos, quia
non adigam nunc relinquo, & olim inter lupos mittam, Si enim excepti ſumus a flagellis Dei, & in labo-
ribus

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

tibus hominũ non ſumus, neq; cum eis flagellamur, ſed permittimur ducere in bonis dies noſtros (Iob.21.)
quid nobis cum hæreditate illa præclara, quam oculi non viderunt? Sicut igitur dilexit me pater, & tamen Pſal.72.
peccata multorum portare iuſsit ſuper lignum crucis, itidem & ego dilexi vos, & tamen mundos licet, ad- 1. Pet. 2.
huc purgabo falce perſequutionum, vt fructus vberiores afferatis. Manete in dilectione mea, offerte cau-
dam ouis vel capræ Leui.22. qui enim perſeuerauerit (nam vix duo ex milibus ſexcentum qui ingreſsi ſunt Num. 26.
de Aegypto attigerunt terram promiſſam) vſque in finem, hic ſaluus erit. Matt.10. Nemo tamen ſcit virũ A. Ales.
perſeuerabit vſque in finem. Et ſicut dicit A. Ales, poteſt alicui reuelari, q̃ prædeſtinatus eſt ad vitam,
nec tamẽ propter hoc tollitur liberũ arbitriũ cæterũ alicui q̃ ſit præſcitus reuelari nõ poteſt, & tamen di-
ctum eſt a veritate quæ mentiri neſcit, væ homini illi per quem tradar: melius illi fuerat natum non eſſe.
A Matth.26. Nobis autem ſemper patet ianua ad vitam, per pœnitentiam, dicente domino, nolo mortem
peccatoris. Ezech.18. Hæc loquutus ſum vobis, vt gaudium meum, &c. Eſt autem gaudium Chriſti in no
bis. Quia dignatur gaudere de nobis, locuſtis videlicet & inutilibus ſeruis, ſicut & pater glorificatur in
nobis, ſi illum vel alonge moribus præ nobis feramus. Vnde vox illa magni paſtoris, congaudete mihi, de
inuenta oue. Nunquid ouis illa centenaria adeo ingrata erit, vt licet non inuitata ad gaudium, non con-
gaudeat & ipſa, non tantum q̃ quæſita eſt & inuenta, ſ; q̃ cauſa extitit gaudij tanto paſtori? Eſt igitur Luce.15.
gaudium eius in nobis, quia voluit gaudere de nobis inuentis, ideſt redemptis, & reuectis ad ouile hume-
ro ſuo. Et gaudium veſtrum impleatur. Cum viderimus omnis boni bonum facie ad faciem. 1.Cor.13. Po-
teſt & hic eſſe ſenſus. Hæc quæ vobis præloquutus ſum, licet non minus habere videantur aloes q̃ mellis,
tamen ideo illa vobis ſubinde inculco, vt quemadmodum ego inter perſequutiones & Phariſæorum in-
ſidias non quæſiui humana ſolatia, ſed de hoc tantum gaudens, q̃ maneo in dilectione patris mei, ita &
vos cum trademini a parentibus & amicis, non petatis ſolatium a præſenti ſæculo nequam, ſed gaudete,
B q̃ digni habiti eſtis pro nomine meo contumelijs affici, id enim gaudium aliquando replebitur & perficie Luce.15.
tur, iuxta illud: Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum. Pſal.125. Actu.5.

Caput.xij. Hoc eſt præceptum meum. De laude dilectionis. Iam non di-
cam vos ſeruos. Rurſus de dilectione dicit, hæc mando vobis, &c. Si mun
dus vos odit, me prius odiuit. Si de mũdo fuiſſetis. Si me perſequuti ſunt,
& vos perſequentur. Si non veniſſem & loquutus non fuiſſem, excuſatio
nem de peccato ſuo haberent, &c.

HOc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Ma
iorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis
pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis, quæ ego præcipio
vobis. Chriſtus tamen pro inimicis eam poſuit. Quod textus noſter dicit, q̃ vt ani
C mam ſuam, Græce eſt, hina tis ten pſychen, ideſt, vt quis animam. Ly igitur, quam
nec additur, neceſt addendum. Et enim ſi addas, quam, ſignificas vnam hac eſſe cha
ritatem maiorem ea quam habuit Chriſtus, ſi quis animam impendat amicis, qui
ſenſus plane erroneus eſt. Annotandum autem quoties nobis deus qui charitas eſt
commendat replicat & inculcat præceptum de proximi dilectione, & maxime in
hac nocte qua tradendus erat in manus peccatorum, propter nimiam charitatem ſuam. Ephe.2. Vt enim
compendio dicam diſerat: mandatum nouum de vobis. Item in hoc cognoſcent quod mei eſtis. Item.3. Si
diligitis me mandata mea ſeruate, & manete in dilectione mea: Et nunc eueſtigio, quaſi de hoc præcepto
nihil ante meminerit, nihil ſtatuerit, hoc eſt inquit præceptum meum. Quid eſt hoc, quãtum ſapio, quan-
tum ſuſpicor? Pone charitatem eſſe in terra, quæ patiens eſt benigna eſt, quæ nõ emulatur, nihil agit per-
D peram, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non
gaudet ſuper iniquitate congaudet veritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſuſtinet. Hæc bone lector 1.Cor.13.
ſi in terra eſſet, terra cælum eſſet, terra paradiſus delitiarũ eſſet, hęc vna ſufficeret (vnum eſt neceſſarium)
cõuerſatio noſtra in cęlis eſſet (Philip.3.) cõuerſatio noſtra cũ Deo eſſet, quia deus charitas eſt, & qui ma- Lucæ.10.
net in charitate, in deo manet & deus in eo. 1.Ioã.4. Ideo hoc eſt pręceptũ meũ. Gregor. Perſpicuũ eſt ergo Gregorius
q̃ omnia mãdata Dei vnũ ſunt, quia quicquid præcipitur, in ſola charitate ſolidatur. Tene radicẽ, & te-
nes ramos. Pręcepta ergo dñi & multa ſunt & vnũ: multa erga Martha erga multa ſollicita eſt, vnũ, quia
in hoc vnũ, tendunt omnia, vt diligatis. Latũ mandatũ tuum nimis. Latũ, quia in omni gente vim ſuam Charitas
obtinet, dicens, quęcunq; vultis vt faciant vobis homines, eadẽ facite. Omni tempore hoc latum manda- Lucæ.10.
tũ neceſſariũ fuit, quia eſt lex naturæ. Latũ, quia euacuata fide & ſpe, charitas permanebit in æternũ. Cũ Matth.7.
E autẽ dicit, ſicut dilexi vos, nõ dicit intenſionẽ actus, ſed finẽ, vt adhoc diligamus inuicẽ ad quod dilecti ſu 1.Cor.13.
mus adeo. Dilectio autẽ naturalis qua omne animal diligit ſuũ ſimile, vnde vaccæ mugiunt pro vitulis,
1.Regũ. Cũ ſit cõmunis & fideli & infideli, & iumento, non eſt meritoria. Aliud eſt enim quod ſpõte im- Eccle.13.
penditur naturæ, aliud quod pręceptis dñinicis ex charitate debet obedictię. Adęc Gregor. Mori etiã pro Gregorius
inimicis dñs venerat, & tamẽ poſiturũ ſe animã pro amicis dicebat: vt profecto hoc nobis oſtẽderet, q̃ dũ
diligẽdo, lucrũ de inimicis facere poſſumus, etiã ipſi amici ſunt, qui perſequunt. Plerũq; aũt reluctãtẽ ani-
mũ vincimus, ſi etiã pro inimicis oramus. Et vitã quidẽ inimicorũ petimus, & tamẽ ne exaudiamur time-
mus. Quod certe nõ crediderim de Dauid, qui & inimico ſemel & iterũ pepercit viuenti, & vita defunctũ 1.Reg.
pijs lachrymis proſecutus eſt. Sed quia internus iudex mentẽ potius q̃ verba conſiderat, pro inimico nihil
poſtulat, qui pro eo ex charitate non orat. Aduocatus autem noſter pręcẽ nobis in cauſa noſtra cõpoſuit,

 & ipſe

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

& ipſe eiuſdem cauſæ iudex eſt qui aduocatus. Aut ergo non faciendo, dicimus, dimitte nobis, & nos met
Matth. 6. hoc dicendo, amplius ligamus. Aut forte hanc conditionem in oratione prætermittimus, & aduocatus
Matth. 7. noſter præcem quam compoſuit non recognoſcit, ac protinus dicit, neſcio vos vnde ſitis. Geſtabat Cato
Cato. anulum cum inſcriptione, amicus vnius, inimicus nullius. Hãc nos inſcriptionem inuertere iubemur, ini-
Plato. mici vnius, de quo dicitur, odio habebis inimicum (Matth. 5.) amici omnium, vt diligatis inuicem. Plato.
Quando audis in prouerbio ſimile ſimili amicum eſſe, id (vt mea fert opinio) intelligunt, eos eſſe vere a-
micos, qui ſecum non diſſentiunt. Nam quomodo alteri amicus erit, qui ſibi non eſt? Solus itaque bonus
amicus eſt, malus autem nec ſibi nec alteri. Hæc ille. Hæc ſententia eadem eſt cum illa, qui ſibi nequam,
Rom. 5. cui bonus? Eccle. 14. Maiorem inquit hac dilectionem nemo habet, vt vitam expendat pro amicis. For-
Canti. 8. ſitan enim pro vno iuſto & bono quis ſuſtineat mori. Vnde charitas fortis vocatur vt mors, quia iuxta
Auguſt. Auguſtinum in hac vita vſque ad mortem eſt menſura charitatis, ſiue quia ſicut mors animam auellit a F
corpore & ſenſibus carnis, ſic charitas a concupiſcentijs carnis. Vnde illa vox perfecte diligentis, iam
non viuo ego, viuit vero in me Ieſus Chriſtus, Gal. 2. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ principio vobis.
Sylla. Sylla cognomento fœlix maximas ſuarum fœlicitatum duas exiſtimabat & Pij Metelli amicitiam & q
Athenas non euertiſſet, ſed vrbi pepercíſſet. Cuius igitur fœlicitatis & quantæ beatitudinis eſt, eum ha-
bere amicum, qui poteſt quicquid vult, & nihil mali velle poteſt, qui ſeruos vernaculos amicorum nomi-
Plutarch. ne dignatus eſt, Plutarchus in de amicitia. Quemadmodum fluuij in multos diducti riuos, leuiorem ha-
bent curſum, ita vehemens amor in multos diſperſus, haud dubie marceſcit. Et certe eſt ratio, quod natura
quibus animantibus vnicum tribuit fœtum (quare enim columba non dolet ſublatis pullis?) Eis amorem
Zeuſis. indiderit vehementiorem. Itaque vt Zeuſis pictor quærentibus, cur tardius longoque tempore pingeret, re-
ſpondit. Ego longo tempore haud dubie pingo, ideſt æternitati. Sic perpetuam amicitiam conflare non li-
Eccle. 6. cet, niſi longæ vitæ conſuetudine, exactoque iudicio, & exhauſto ſalis modio. Hæc ille. Congruit hæc ſen- G
tentia cum illa: multi pacifici ſint tibi, & conſiliarius ſit tibi vnus de mille. Sequitur. Si poſsides amicum,
in tentatione poſside eum, & ne facile credas ei temetipſum. Eſt enim amicus ſecundum tempus (quod nos
experti ſumus, non ſemel & quis non?) & non permanebit in die tribulationis, & eſt amicus, qui conuer-
tetur ad inimicitiam, & eſt amicus qui odium & rixam & conuicia denudabit. Eſt autem amicus ſocius
menſæ, & non permanebit in die neceſsitatis. Quæ omnia ad amuſsim congruunt his noſtris aureis ſæcu-
lis, experto credite. Tamen vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ principio vobis, vt omnes diligatis ad vi-
tam æternam. Tu tamen ne facile credas omnibus animam tuam, ſed ex multis amicis conſiliarius ſit tibi
Ioan. 13. vnus, ſicut ſcriptum eſt, erat recumbens in ſinu eius vnus ex his quos dominus Ieſus in finẽ dilexerat. Vn-
de illud Theonidis. vt polypus Petræ faciem mentitur inhærens, ſic mentem variat ſubdolus arte noua.
Polypi autem ſubita. Commutatio non pertingit ad corporis interiora, ſed cõtenta eſt ſola ſuperficie, ac-
cedentium dumtaxat oculis imponens, quo facilius poſsit elabi. Atqui amicitia mores expoſcit minime H
lubricos, ſed firmos, & perpetuo ſibi tenore conſtantes. Ideo rara auis eſt vera & perpetua amicitia: (Me-
mẽto Dauid & Ionathæ,) & per amicos Petrus & Paulus, qui etiã in morte nõ ſunt diuiſi. Poſt hac, &c.
Dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit, quid faciat dominus ſuus. Vos autẽ dixi ami-
cos, quia omnia quæcunque audiui a patre meo, nota feci vobis. O rem mirabilem, ſi ſerui-
re non poſſumus, niſi præcepta domini fecerimus, quomodo præcepta faciendo, ſerui non erimus? Sed in-
5. Reg. 12. tellige, duas eſſe ſeruitutes, quæ faciunt duo genera ſeruientium. Seruus qui ſeruus eſt tantũ, in timore ſer-
1. Ioan. 4. uili ſeruit, cum dicitur: cædam te ſcorpionibus. Seruus qui & filius eſt, qui charitate ſeruit, quæ foras mittit
timorem huic dicitur, iam non dicam vos ſeruos, quia & ſi ſeruiendo, ſerui eſtis, ſeruiendo ex charitate, filij
Ioan. 1. eſtis & amici. Quia igitur dedit nobis poteſtatem filios Dei fieri, vt non ſerui ſed filij ſimus, miro quo-
dam & ineffabili ſed tamen vero modo ſerui non ſerui eſſe poſſumus, ſerui videlicet timore caſto. Era- I
mus igitur filij Agar ancillæ & per conſequẽs ſerui, ſed iam liberi ſumus propter ſermonem quem loqu-
tus eſt dominus per os liberæ, dicens, eijce ancillam, & cætera. Gene. 21. Vnde ſubiungit Paulus, non ſu-
Galla. 4. mus (inquiens) ancillæ filij, ſed liberæ, ideſt non ſynagogæ ſed eccleſiæ, qua libertate Chriſtus nos donauit
dicens, quia omnia quæcunque audiui, & cætera. Seruus autem in quantum ſeruus multa quidem ſcit, quæ
habent aliquid ponderis, ſecretum meum mihi, ſecretum meum mihi. Quodam enim aliquando ex iunio-
Eſai. 24. ribus tribunis ſciſcitante per contante Cecilium Metellum, quid acturus eſſet, ſi hanc inquit tunicam mi-
Metellus. hi conſciam eſſe putarem, iſ iam exutus in ignem iniicerem. Dicit autem Plutarc. Thebanos vituperãs,
Plutarch. laudans Athenienſes: Arbitror ne Thebanos deſtituturos fuiſſe, quo minus hoſtium litteræ, quæ in eo-
rum manus veniſſent, reſignatæ perlegerentur. Atqui Philippi tabellarijs captis, qui litteras ad Olym-
piadem datas ferrent, Athenienſes non reſignarunt, mariti peregrinantis arcanam vxoriam comitatem
detegendam omnino minime arbitrati. Huius autem Olympiadis Alexander filius aliquando arcanam K
Alexander epiſtolam legens, cum hepheſtion forte (vt ſit) aſsidens ingenua ſimplicitate ad legeret, hoc animad-
Matth. 10. uerſo, ipſum quidem non inhibuit, admoto vero ori eius anulo, quaſi obſtricta amici fide, ſilendi obſi-
gnauit. Apoſtolis autem dicitur, quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure audi-
Lyſimach. ditis, prædicate ſuper tecta, omnium enim refert illa ſcire. Cæterum Lyſimachus Philippides comi-
co poetæ amico & familiari ſuo cum dixiſſet, cuiusnam rerum mearum participem facio, ille cumſli-
Tranquil. bet reſpondit, præterquam ſecretarum. Tranquillus. Illa fuit vera & incomparabilis inuicti animi
ſublimitas in Iulio Cæſaris capitis apud Pharſaliam Pompei magni ſcrinijs epiſtolarum, ea opti-
ma concremauit fide, nulla earum perlecta. Vos igitur cum auricularios feceritis a ſecretis, ſer-
uos quomodo dicam non video, cum ſeruus neſciat niſi illa tantum quæ cotidie iubetur. Veni
vade

EL COLEGIO de JALISCO

vade, fac hoc, caue illud. Denique vel illud facile vos amicos meos oſtendit, quod ad menſam meam ſediſtis, & tantorum myſteriorum vos feci participes? Confer Moſen ſeruum fidelem qui ore ad os loquebatur cum angelo, quiq; legem accepit quam ferret populo, & videbis tanto præſtare apoſtolos Moſe, (Num. 12.) quanto cælum terra. Cum autem dicit, omnia nota feci vobis, hyberbole eſt, quia vt cætera taceam, nec (Matth. 2.) dixit eis diem iudicij, nec tẽpus reſtitutionis regni Iſrael. Poſitum eſt autem tempus præteritum pro futu- (Actu. 1.) ro, quia veniente ſpiritu, ſ docuit eos omnem veritatem, quod & id ipſum hyperbole eſt. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat, vt quodcunq; petieritis patrem in nomine meo det vobis. Et quando nos elegit? Ante mundi conſtitutionem inquit Paulus (Ephe. 1.) noſtri curam gerebat deus. Vnde illud. 3. Reg. 19. Reliqui mihi 7. milia qui non curuauerunt genua ſua vt haurirent ore ſuo aquas ſæculi huius. Iudi. 7. Imo iſti tercenti tan-

A tum erant, ſed non refert, nouit dominus qui ſint ſtellæ, qui vero arena. Sed num qui elegit nos, elegit vt (Matth. 20.) ſtaremus tota die ocioſi in foro ſæculi huius? Poſui vos inquit, vt eatis, non vt ſtetis, & fructum afferatis (1. Cor. 9.) cum Paulo. Alioqui væ vobis eſt ſi non euangelizaueritis ſi non omnibus omnia facti fueritis, vt omnes lucri faciatis, ſi non quaſi tuba exaltaueritis vocem veſtram. Eſai. 58. Si ad dominum cũ verbis excuſationis veneritis dicentes, ecce mina tua repoſita in ſudario. Lucæ. 19. Si miſſi in prædicationem Niniuitarũ, vos alio diuertentes, ſtertatis cum Iona. (Ionæ. 1.) Si cum ſitis lux mundi, latere volueritis ſub modio. Matt. 5. Fructus enim apoſtolorum fides eſt credentium, iuxta illud, occide & manduca. (Actu. 10.) Sed nũ dominus apoſtolos propter vtilitatem ſuã ipſius elegit, vt dicat, poſui vos vt fructũ afferatis? Qui non enim propter aliquid eſt amicus, non tam amicus eſt eius quẽ amare ſe ſimulat, quam eius rei quam diligit: amicus verus diu quæritur, (Hierony.) vix inuenitur, difficile ſeruatur. Sed delicata eſt amicitia, quæ amicorum fœlicitates & diuitias ſequitur, Iſtiuſmodi homines non mihi videntur amicos ſed ſe ipſos diligere. Vos autem dixi amicos, quia omnia,

B &c. Tamen deus nõ ſuam ſed noſtram vtilitatem deſiderat, dicat licet, dominus his opus habet. Matt. 21. Poſui igitur vos vt fructum afferatis. Nam ſunt multi qui ſucorum more alienis parta laboribus vorãtes, nullum tamen dant ſaturitatis inditium, ſed ſemper replicant illud, Affer affer Prouerb. 30. De hoc vide Gene. 41. de ſeptem vaccis & ſpicis totidem. Quod ſequitur, vt quodcunq; petieritis patrem, expoſitũ eſt. Poterant enim apoſtoli dicere. Iubes nos aggredi difficilia admodum, perpeti malorũ odia, obire totum orbem velut aduenas, non portare ſacculum non peram, quid igitur ſtipendij quid ſalarij dabitur viris inermibus, qui occiderint Goliath illum? (1. Reg. 17.) Qui nullum timet iuxta ſententiã domini. Iob. 41. Quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Quid eſt facilius quam petere? Non enim dormit qui petẽdus eſt, aut eſt in itinere, aut alias occupatus, vt non audiat. (3. Reg. 18.) Quid eſt autem quod ipſe non poſsit largiri etiam abundantius quam petimus aut intelligimus? (Ephe. 3.) Quid eſt autẽ quod pater cauſa filij dare non velit? Dabit ergo vobis petita in nomine meo. Hæc mãdo vobis, vt diligatis inuicem. Quaſi enim inqui-

C ret, quis ſit iſte fructus quem afferre debemus, ne tanquam virgines fatuæ excludamur a nuptijs (Matt. 25.) hæc inquit & ſumma & caput præceptorũ meorum, vt diligatis de corde puro & conſcientia non ficta, (1. Timo. 1.) charitas enim ſola eſt quæ diuidit inter amicos Dei & filios perditionis. Eſt enim Tau illud poſitum in frõte gementium, (Ezech. 9.) & ipſa ſola eſt quæ operit multitudinem peccatorum, (1. Pet. 4.) dicente domino, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luc. 7. cap. Sequitur. Si mũdus vos odit, ſcitote quod me prius vos odio habuit. Si de mundo fuiſſetis, mũdus quod ſuum erat diligeret. Quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos, propterea odit vos mundus. Non inquit vos conturbet illud, quod dum mecum habetis amicitias, & ſancita fœdera inter vos, cum mundo inimicitias contraxiſtis. Imo id ipſum conſolari debet animos veſtros, quod cum detrimento vitæ corporalis adipiſcemini requiem æternam. Recuſat enim eſſe in corpore: qui odium nõ vult ſuſtinere cum capite. Studeat ſub capite ſpinis coronato, delicata cohærere membra. Si de mundo fuiſſetis, & cætera. Reuera apoſtoli

D de mundo fuerant, de mundo erant, ſed electione Chriſti tranſlati ſunt de morte ad vitam, (1. Ioan. 3.) ſicut Abraam a Chaldæa in terram fluentem lacte & melle. Gene. 12. Tranſlati a ſynagoga ad eccleſiam quæ eſt in prædeſtinatis, vocatis, iuſtificatis & magnificatis. Mundi autem nomine illi ſignificantur de quibus dicitur, mundus eum non cognouit. Si igitur de mundo eſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret, qui nouit ſuæ factionis homines, iuxta prouerbium, mutuo ſenes fricant ſiue muli ſeu aſini. (Prouerbiũ) Nunc vero quia de mundo nõ eſtis, odit vos mundus, quia valde diſsimilis eſt vita veſtra, & pugnat cum moribus eorum. (Sap. 2.) Vnde illud, Dæmonium habet, dictum eſt de Ioanne ſchola virtutum. Matth. 11. (Auguſt.) Auguſt. hunc mundum qui nos odit, & iubemur odire & iubemur diligere. Dicit enim Ioannes, Nolite diligere mundum, neque ea quæ in eo ſunt. (1. Ioan. 2.) Qui enim mundum diligit, non eſt charitas patris in eo. Ruſſus iubemur mundum diligere, cum audimus, diligite inimicos veſtros. Matt. 5. Ergo & prohibemur diligere in illo quod ipſe diligit in ſeipſo,

E & iubemur diligere in illo quod ipſe odit in ſemetipſo, Dei videlicet opificium, vt nos illum & diligamus & odiamus recte, diligentes naturam, vitium odientes, cum ipſe ſe diligat, oderitque peruerſe. Mementote ſermonis mei quem ego dixi vobis, non eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me perſequuti ſunt, & vos perſequentur. Si ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt. Adhortans igitur dux militiæ cæleſtis tyrones ſuos ad perferenda odia huius mundi & a parentibus, amicis & ab extraneis, nullum melius, nullum aptius exemplar exhibere potuit quam ſeipſum. (Iudi. 9.) Quod inquit me vidiſtis facere & videbitis, id ipſum facite. Ita & Petrus, 1. cap. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini vel a longe veſtigia eius. Exercete vos ad propoſitum ſcopum, futurum eſt enim vt ſi frequenter iceceritis, non ſolum ſcopum ipſum aut aram, verum & ipſos oculos feriatis. Quod autem dicit: Non eſt ſeruus maior, expoſitum eſt (Prouerbiũ)



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Ioan, ca 15. Itaq; ſi mea me innocentia tueri nō potuit ab odio amatorum ſæculi huius, quæ teuera maior
eſt veſtra, nec meis beneficijs cicurari potuerūt, & a ſua deſtinata malicia reuocari, vere quod in me auſi
Matth. 25. ſuat, & in vos audebunt, donec plene impleant menſuram patrum ſuorum. Si igitur capiti illuſerunt, ve-
Lucæ. 23. lauerunt vultum, conſpuerunt, collaphos collo impegerunt, & vos ad ſimilia rapient. Quia ſi in viridi li-
Marci, 10. gno talia auſi ſunt, deteriora molientur in ſeruos, quia multo inferior eſt ſeruus domino ſuo. Vnde illud,
Colloſ. 1. calicem meum bibetis, & baptiſmo meo baptizabimini Marci, 10. Et Paulus ſupplet in corpore ea quæ
Lucæ. 10. deerant paſſionum corpori Chriſti, quod eſt eccleſia. Si ſermonem meum ſeruauerūt, & veſtrum ſeruabūt.
Qui enim vos audit, & me ſpernit qui vos ſpernit. Vtrūq; enim cum eadem doceamus, vel vtrique pare
bunt vel neutris. Vnde illud. Nolunt audire te, quia nolunt audire me. Ezech, 3. Sed qui audit, audiat, qui
incredulus eſt, incredulus ſit. Iuxta. 70. Eodem capite. Qui ignorat, ignoret 1. Cor, 14. Qui in ſordibus, ſor-
deſcat adhuc. Apoc, 22. Et ſanctus ſanctificat magis. Sed hæc omnia facient vobis propter no- F
men meum, conſitendum a vobis, illis autē exoſum, quia neſciunt eum qui miſit me. Quæ om-
nia? Perſequentur vos ad mortem vſq;, quoſdam ex vobis occidentes, quoſdam pellentes a Iudæa, idque
propter nomen meum. Me inquit in vobis odio habebunt & ſermonem veſtrū, quia meus eſt, ideo nō ſer-
uabunt, ſed dicent, tolle de terra huiuſmodi nebulones, quos fas nō eſt viuere. Actu. 22. Hæc facient vobis,
in memoriis perſequendo caput, ſicut dictum eſt Saulo, qui credentes pertrahebat in carceres. Actu. 8. Saule
Rom, 5. Saule quid me perſequeris? Actu, 9. Et quare in membris perſequebantur caput, dominum Ieſum Chriſtū?
Quia neſciunt eum qui miſit me. Hæc ignorantia erit cauſa tot malorum. Sed hæc ignorantia nō excuſat
probatio, Si non veniſſem, &c. Vnde Paulus qui & Saulus magnus aper de ſilua, ſiquidem inquit ego ali
quando in ſimilitudinem montis Aetnæ, flammas vomebam contra eccleſiam, in mēbris ſæuiens, quia ca-
put ſedebat in cælo, vere ignorans feci in incredulitate. 1. Tim, 1. quia non agnoueram eum a quo miſſus
fuerat Chriſtus Ieſus in hunc mundum, vt peccatores ſaluos faceret, quorum primus ego ſum. Quæ autē G
honeſtior cauſa pro qua certandum ſit ad mortem vſq; q̄ propter nomē Chriſti? Pro bono enim & iuſto
ſito forſan quis audebit mortem ſubire. Quod ſi impii perſequutur iuſtos non habita mentione Chriſti,
Tunc quādo dicitur, hæc facient vobis propter nomen meū, ſenſus eſt. Vos ea ſuſtinete propter nomē meū
Lucæ. 15. quia capillus de capite veſtro non peribit, & merces veſtra copioſa eſt in cælis. Matt. 5 Nam q̄ multi iu-
ſti occiſi ſint, non habita mentione Chriſti, teſtis eſt Ioannes Baptiſta, tamen dominus Ieſus Chriſtus eſt
agnus qui paſſus eſt ab origine mundi. Apoc. 13. Quod autē perſequutores apoſtolorū non nouerint eum
a quo miſſus eſt dominus Ieſus Chriſtus, dictū eſt Matt. 21. Ibi: Ecce hæres. Sed tamen audi id quod ſequi-
tur. Si non veniſſem, & loquutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent. Nunc au-
tem excuſationem non habent de peccato ſuo. Qui me odit, & patrem meum odit.
Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc au- H
tem & viderunt me & patrem meum. Sed vt impleatur ſermo qui in lege eorum ſcri-
Lucæ. 15. ptus eſt, odio habuerunt me gratis. Sed num Iudæi anteq̄ Chriſtus veniret ad illos iuſti erant ſi-
cut Phariſæus ille ſuperbia ſuper æthera notus? Quod ſi id datur, mentitus eſt ille, dicens, non ſum ſicut
Lucæ. 2. cæteri. Tu autem obſerua quod ſuperioribus dictum eſt, dominum poſitum in ruinam, & in reſurrectionē
multorum in Iſrael. Dicens ergo peccatū non haberēt, nō de omni peccato intelligit, ſed de magno quod-
dam peccato, quo tenentur cuncta peccata, quod vnicuiq; ſi nō habeat pœnitenti, dimittūtur omnia pec-
cata. Hoc autē peccatū eſt, q̄ non crediderunt in Chriſtum, hoc peccatū ſi nō veniſſet, non vtiq; haberēt.
2. Cor. 2. Sed iam audiſti Paulum dicentē, alijs ſumus odor vitæ ad vitam, alijs odor mortis, cum ipſe Paulus bo-
nus odor eſſet. Si requiras: num illi ad quos non venit Chriſtus, nec locutus eſt eis, excuſationē habebūt
1. Cor. 15. de peccato ſuo? Reſpōdemus, habere illos excuſationē non de omni peccato ſuo, ſed de hoc tantum pecca-
Lucæ. 10. to, quo in Chriſtum nō crediderunt, quibus ipſe non eſt loquutus. Sed non in eo ſunt numero hi ad quos
Quæſtio. in diſcipulis & quibus per ora diſcipulorum eſt loquutus, quod & nunc facit, dicente Paulo, an experimē I
tum vultis accipere eius qui loquitur in me? Ipſe eſt Ieſus Chriſtus. Forte autem aliquis inſipiens doctor
Eſai. 53. Iudæorum, de numero eorum qui ignorant proximū ſuum, exurget in medio, & hanc quæſtionem ſtulti-
tiæ plenam obijciet domino. Si vt ais, non veniſſes & loquutus non eſſes, peccatum non haberemus, cur
ergo veniebas & loquutus es, & tot miracula edidiſti, quot nullus alius ante te? Dementiæ ſunt verba iſta
Matth. 21. & inſaniæ plena. Medicus e cælo vt mederetur venit, vt congregaret vos venit, de quibus Eſaias, omnes
ſicut oues errauimus, ſicut ipſe dixit, non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Matth. 15.
Ioan. 5. Quod ſi vos ex ouibus in carnes verſi, more lymphaticorum inſanientes in modicum, in paſtorem & do-
ctorem, & de omnibus vobis tam optime meritum, eiectum extra vineā occidiſtis, vter veſtrum peccatū
Auguſt. fecit, ille qui opera fecit quæ nemo alius, an vos qui credere noluiſtis? inuitati primum ad vitulum ſagina-
tum, & ſecundo ad cœnam, & tercio ad nuptias. Lucæ. 15. 14. Matth. cap. 22. Vere ergo excuſationem non K
habent de peccato infidelitatis, ſed ira Dei manet ſuper eos. Qui me odit & patrē meum odium. Sed quo-
modo odio habent, eum quē neſciunt? Quod autē patrem ignorent, ſermo præteritus oſtendit. Inuiſa qui-
dem diligere poſſumus vel odire, in cognita minime. Sicut autē fieri poteſt, vt homo bonus hominem bo-
num oderit neſciens (quia falſus rumor forte de illo ſparſus eſt in populo, alia ve de cauſa) vel potius dili-
gat neſciens. Ipſum enim diligit cum diligit, quia id quod eſt ille, hoc iſte diligit, oderit autem neſciens,
non ipſum, ſed quod putat eſſe ipſum ita fieri poteſt, vt etiam homo iniuſtus oderit hominem iuſtum, &
dum exiſtimat ſe ſui ſimilem iniuſtum diligere, neſciens diligat iuſtum: Et tamen dum eum credit iniu-
ſtum, diligit non ipſum ſed quod putat eſſe ipſum. Quemadmodum autem hominem ſic & deum. De-
nique ſi interrogentur Iudæi, vtrum diligant deum, quid ſe aliud quam diligere reſpondit? Sed quomo-
do dili-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

do diligerent patrem veritatis, qui haberent odio veritatem? Nolunt enim ſua opera improbari, & hoc habet veritas, vt talia nefanda eorum opera improbentur. Qui igitur veritatem, oderunt & eum de quo nata eſt. Quod autem dominus opera fecerit inter Iudæos propria virtute & omnipotentia, quæ nullus, ex his quæ dicta ſunt toto hoc opere patet, pro quibus omnibus vtiq; gratiarum actionem, amorem non odium reponere debuerunt, ſi ſanabiles eſſent, ſi mentem non perdidiſſent, ſi homines eſſent. Nūc autem viſis tot tamq; inſignibus & admirandis virtutibus, cum opera improbare non poſſent, male loquuti ſunt de operum patratore, dicentes: vere in Beelzebub eijcit dæmones. Lucæ. 11. Dæmonium habet & inſanit. De his igitur viperis & ſcorpionibus & cancris retrogradis, qui male loquuti ſunt de Deo, ſcriptura præloquuta eſt, dicens. Odio habuerunt me gratis. Poteſt deſſumptum eſſe hoc teſtimonium ex Pſal. 34. Retribuebant mihi mala pro bonis, vel illud, gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui. Sicut

Ioan. 10. Pſal. 77. Auguſt.

A autem dicit Auguſtinus ſuper Pſal. 108. Super illud, poſuerunt odium pro dilectione mea, ſex ſunt in iſto genere differentiæ, quæ commemoratæ, animaduerti facile poſſunt. Reddere bona pro malis: Non reddere mala pro malis. Reddere bona pro bonis, reddere mala pro malis. Non reddere bona pro bonis: reddere mala pro bonis. Horum duo prima bonorum ſunt, & eorum priorum, prius melius. Poſtrema duo malorum, & eorum poſterius deterius. Duo media quodammodo mediocria, ſed eorum prius propinquū bonis, poſterius propinquum malis. Reddidit bonis pro malis dominus, quando orauit in cruce cum lachrymis, dicens, pater ignoſce, & dominum æmulatus ſanctus protomartyr Stephanus. Mala pro malis non eſſe reddenda, Paulus docet ad Rom. cap. 12. Et illud, ſi reddidi retribuentibus mihi mala, Pſal. 7. Pergebat tamen aliquando Dauid (homo enim erat) vt redderet mala pro malis, ſed occurrit ei mulier prudētiſſima & ſpecioſa, & iram eius dulci alloquio confregit, offerens ei ſimul & munera quæ ille boni conſuluit, namq; cum hominestum & dij muneribus capiuntur. Duorum poſtremorum illud mitius ad nouem

Hebr. 5. Actu. 7. 1. Reg 25. Luc. 17.

B leproſos pertinet, qui cum mundati eſſent, gratias domino nō egerunt. Illud vero vltimum, quo nihil iniquius, audierunt fratres ex ore Ioſeph. Gene. 44. Vos reddidiſtis mihi mala pro bonis, vere an ficte id dixerit, non refert. Nam reuera cum ille pergeret viſitare fratres, diſtractus eſt ab eis, Iſmaelitis, &c. Gen. 37. Sed & Dauid audiuit probroſum verbum ex ore Ioab, diligis odientes te, & odio habes diligentes. Duo vero media dominus quidem non reprehendit, ſed non vult in eo ſolo ſuos permanere, quia & Barbari reddunt bona pro bonis. Poteſterius autem quod eſt reddere mala pro malis habent & mali vel mediocriter mali vel mediocriter boni, vſq; adeo vt lex eis dederit vlciſcendi modum talionem videlicet, quæ ſi dici poteſt, iniuſtorum iuſticia eſt. Non quia iniquum eſt, vt recipiat quis iuxta quod fecit, alioqui id lex non concederet (quomodo conceſſit repudium?) Sed quia vindictæ libido vicioſa eſt. Magisq; ad iudicē pertinet inter malos hoc diſcernere, q frugi hominem ſibi expetere. Quapropter ex illa benignitatis ſummæ tate delapſi, vbi redduntur bona pro malis, ad quantam malignitatis profunditatem venerunt Iudæi, retribuendo mala pro bonis! Non ergo odio habuerit gratis dominum Ieſum, quod eſſet, ſi eum odiſſent, a

2. Reg. 19. Auguſt. Exo. 21.

C quo nec bona nec mala acceperunt: nunc autem deterius operati ſunt, ponentes odium pro tot beneficijs. Hæccine reddis domino Deo tuo populo ſtulte & inſipiens? Deut. 32.

Caput. xiij. Cum venerit paracletus, ille teſtificabitur de me. Abſq; ſynagogis facient vos. Iterum de aduentu ſpiritus paracleti, qui arguet mundū de peccato de iuſticia & de iuditio. Multa habeo quæ dicam, ſed non poteſtis portare modo.

CVm autem venerit paracletus quem ego mittam vobis a patre, ſpiritum veritatis qui a patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me & vos teſtimonium perhibetis, perhibete, perhibetis, martyrite, quia ab initio mecum eſtis, Ioan. 15. Quid hoc pertinet ad ea quæ præceſſerunt, viderunt, & oderunt me & patrem meum? Illud videlicet, q ſpiritus ſanctus, quando venit ſuper. 120. Congregatos, eos qui viderunt & oderunt teſtimonio euidentiore conuicit. Imo vero multos ex illis qui viderunt & oderunt adhuc perſiſtebant in ſua infidelitate, ad fidem cōuertit, de quorum numero erat Saulus qui datus eſt lachrymis & orationi protomartyris, Actu. 7. Vide in actis ca. 2. Ibi compuncti etiam dixerunt, quid faciemus fratres? Tanti enim ſanguinis tam impie fuſi, pœnitentes indulgentiam perceperunt, ipſo redempti ſanguine quē ſuper ſe acceperunt. Chriſti enim ſanguis ſic in remiſſionem peccatorum fuſus eſt, vt ipſum etiam peccatum poſſet delere, quo fuſus eſt. Illi ergo viderunt & occiderunt, ſed tale de me ſpiritus ſanctus teſtimonium perhibebit, vt eos faciat (volentes) in me credere qui non viderunt,

D Ioan. 15. Actu. 2. Auguſt.

E multos etiam ex ijs, qui viderunt & oderunt. Sed & vos teſtimonium perhibete, perhibetis & perhibebitis eorum quæ vidiſtis, & audiſtis ex ore meo. Perhibebitis autem tunc vel maxime, cum virtus vos diuina induerit. Vos enim ab initio mecum eſtis tanq; oculati teſtes omnium quę geſſi, quæq; docui in Iudæa. Ponitur autem in his verbis explicite myſterium beatiſſimæ trinitatis, cum dicit, veniet paracletus, quem ego mittam vobis a patre. Cum autem dicit, qui a patre procedit, eccleſia ſubiecit, qui ex patre filioq; procedit, & ſicut ex patre & filio procedit, ita a patre & filio mittitur, imo & a ſeipſo mittitur, dicat licet dominus Ieſus, quē ego mittā vobis. Patrē quidem nunq legimus miſſum, dictū eſt tamen in præcedētibus, pater meus diliget eum, & ad eū veniemus, Ioan. 14. Miſſus eſt igitur ſpiritus. ſ. in ſigno viſibili linguarum ignearū, & venti vehementis, & alias ſymbolum aduentus ſui oſtēdit columbā, ſicut ſuo loco dictū eſt.

Luc. 24.



Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

Actu.2. eſt. Filius autẽ in carne vera viſus eſt & cũ hominibus cõuerſatus. Baruch.3. Iuxta myſteriũ viſus eſt &
Luc.5. pater in ſpecie viri, quãdo Abrã tres excipiens hoſpicio, ita eos alloquit̃ Domine (nõ domini) ſi inueni
gratiã in oculis tuis, (nõ in oculis veſtris) ne trãſeas ſeruũ tuũ (nõ, ne trãſeatis ſeruũ veſtrũ) ecce i his trib⁹
Trinitas. verbis vnitatẽ eſſentię. Sequit̃ Lauent pedes veſtros, tu requieſcite ſub arbore, nõ, requieſce. Ponã bu-
Gene.18. cellã panis (vni Deo vnica bucella) & cõfortetur cor veſtrũ, non cor tuũ, poſtea tranſibitis. Ecce plurali-
tatem perſonarum, & non plurium q̃ trium. Hæc loquutus ſum vobis. vt non ſcandalizemi-
ni. 15. q. 5. cap. 1. Interdicent vos ſynagogis. Sed venit tẽpus, vt omnis qui interficit vos,
Ioan.16. arbitretur ſe obſequium (malum ingens) præſtare Deo. Et hæc facient vobis, quia non
nouerunt patrem neque me. Dixerat, idest prædixerat dominus apoſtolis multa de perſecutioni-
bus quæ iam in ianuis videbantur adeſſe, ſeipſum proponens in exemplar dicens, non eſt ſeruus maior do
mino ſuo, ſi me perſequuti ſunt qui ſum caput, & vos perſequetur qui membra eſtis corporis mei. Ne igi- F
tur ad tam ingens malorum mare ad tot & tantas tragœdias deſponderent animos, homines rudes & in-
experti ſpiritualium pugnarum, (quia vſum armorum non habebant) dicentes, vnde nobis paucis & ru-
dibus & inermibus vires ad ſuſtinendum tantũ onus? Num ſumus Atlantes, aut Oges vel Coloſsi? Præ-
1.Reg.17. dicit eis aduentum ſpiritus ſancti, qui diffuſus in cordibus eorum, omnem penitus abſtergeret merorem
Deuter.3. & timorẽ, ita vt ex teſtaceis vaſis adamantinos redderet, & ex timidis Lyſandris Leonibus fortiores. Hęc
Prouerbiũ igitur loquutus ſum vobis vt non ſcandalizemini, quando interdixerunt vos ſynagogis tãquam impios
& infames: Nempe probroſiſsimum genus infamiæ, ſi mentes & intentionem perſequutorum intucaris.
Vos autem id ne feratis moleſte, quemadmodum, cum id ipſum Iacob multo ante tempore orauerit dicens. In
conſilio eorum non intret anima mea. Et Moſes mari præeligat. Num.11. q̃ ſynagogæ Iudæorum præ-
eſſe. Ferunt Demoſthenem adoleſcentes ſe ad eunte monere ſolere, ne ad rempublicam ſe conferent, af- G.
Gene.49. firmans, ſi duæ eſſent viæ ab initio propoſitæ, vna quæ ad rempublicam, altera quæ ad interitum aperte
Demoſth. ferrent, eſſentq; manifeſta illa quæ gerentes rempublicam ſubire oportet, formidines, inuidiæ, odia calũ-
nias, ſimultates contentiones, illam potius electuros fore homines, quæ ad interitum ferret, prętermitto
q̃ manifeſtari nos oportet ante tribunal Chriſti. 2. Cor. 5. Et obſerua q̃ dicendo dominus, interdicẽs vos
ſynagogis, oſtendit q̃ Iudæi eundem dominum non erant recepturi, ſicut ſcriptum eſt: ſui non receperunt
eum. Iſrael autem me non cognouit, & ſi cognouit, extra vineam eiectum, &c. Matth. 21. Nam quia non
erat vllus alius populus Dei, q̃ Iudæi, ſi Chriſtum agnitum reciperent, tanquam rami naturales in oliua
Eſai.1. permanerent, nec aliæ eſſent ſynagogæ & aliæ eccleſiæ Chriſti, eædem quippe eſſent, eſſetq; templum
Rom.11. Hieroſolymitanum caput orbis, iuxta illud, vnica eſt columba mea ex tot reginis, concubinis & adole-
ſcentulis coaleſcens. Quod quia noluerunt, & domus illorum relicta eſt quaſi tugurium in cucumerario, H
& ipſi remanentes extra Chriſtum, reliquum erat, vt extra ſynagogas eijcerent eos qui ſequebantur do-
minum Chriſtum. Diximus alias & nunc illud repetimus q̃ Iudæi amentes lymphatici & debachantes
Canti.6. vſque hodie perſeuerant in blaſphemijs (iuxta Hieronymum ſuper Eſaiæ cap. 5.) & ter per ſingulos dies
Eſai.1. in ſynagogis omnibus ſub nomine Nazarenorum blaſphemant nomen Chriſtianum. Sed venit tempus
Hierony. vt omnis qui interficit vos, &c. Quid eſt venit tempus? Non putetis inquit ibi finem fore malorum, q̃ e
ſynagogis expellendi eſtis, adhuc grauiora vos manent, quibus tamen dabit & deus optimus Maximus
finem. Quæ illa? Veniendum eſt ad carceres, flagra, eculeos & exquiſita tormentorum genera. Denique
eo veniendum eſt malorum, vt quicunq; interfecerit vos, arbitretur ſe Deo immolare gratiſsimam oſtiã,
doxe latrian proſpherin to theo. Videlicet aliquem Barraban vel aliquem Agag, vel Adonibezech, Vel
vnum aliquem regem Hai. Ita fiet, vt non ſolum dura patiamini, verum etiam quod malorum eſt maxi-
mum, patiamini vt impij & prophani (cum capite veſtro & vos inter ſceleratos computati) & peſtes ge- I
neris humani. Vide in Iob cap. 19. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem neq; me. Quibus ver-
Eſai.53. bis conſolatur ſuos, quoniam certe neq; expellerent e ſynagogis, nec ſubijcerent gladio velut pecudes, ſi agno-
ſcerent perſequutores, cuius amicos filios & apoſtolos perſequuntur. Sententia hæc: non nouerunt patrẽ
neque me pugnat cum illa, ecce hæres, vide ibidem q̃ vere Iudæi non agnouerunt dominum Ieſum Chri-
ſtum. Vtrum autem Iudæi habeant excuſationem de peccato iſto ignorantiæ, ipſi rogandi ſunt, qui no-
luerunt noſſe, cum haberent a quo doceri poſſent veritatem. Sed hæc loquutus ſum vobis, vt cũ
venerit hora eorum, memineritis q̃ ego dixi vobis. Horam hanc pro illo tempore poſuit in
quo & paſtor percutiendus erat, & ipſi occidendi tanquam oues. Ideo igitur toties & ſubinde mala in-
Matth.26. gruentia eorum memoriæ ſuggerit, vt intelligant eum tanquam deum omnia præſcire, & nihil caſu vel
fortuna geri. Et iuxta Tullium hoc vnum habent bonum mala præſentia, q̃ diuturna non ſunt. Iob labo- K
res vix fuerunt ſemeſtres, & tandem omnia ablata in duplo recepit, de filijs ſecus. Et reuera diligentibus
Tullius. vere anni multi, dies pauci ſunt, ſicut habes in Iacob. Reminiſcamini q̃ ego dixi vobis, pro quo dura pati
glorioſum eſt. Gene. 24. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcum eram. Et nũc
vado ad eum qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hæc
loquutus ſum vobis, triſticia impleuit cor veſtrum. Quid eſt de quo dicit, hæc vobis ab initio
non dixi? Nam ſi de perſequutionibus intelligas quas paſsuri erant, hæc eis iam alias prænunciata Mat-
thæus refert cap. 10. Poteſt dici, q̃ non dixit eis, q̃ eijciendi eſſent extra ſynagogas, nec dixit illud, omnis
qui interficit vos, exiſtimabit cultum Deo offerre gratiſsimũ. Nec dixi perſequutiones imminere illi poſt
eius abceſſum, ſed omnes perſequutiones de quibus Matth. cap. 10. ſonabant tempus præſentia eius. Vn-
de ibi dicitur. Non conſummabit is ciuitates, &c. Poteſt autem aliter exponi. Hæc autem vobis ab ini-
tio non dixi, q̃ ea quæ dicit de ſpiritu ſancto, q̃ venturus ſit ad eos & teſtimonium perhibiturus quando
mala

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

mala illa paſſuri ſunt, ante non prædixerat. Conſolator ergo ille (ab eunte ſponſo) fuerat neceſſarius, ne
velut pupilli remanerent apoſtoli, imo velut corpus ſine anima, & ideo de illo non dixerit ab initio, quā-
do cum illis erat, quia habebant ſecum gallinam illam euangelicam, ſub cuius alis fouebantur. Abſceſſu-
rus ergo iam iam, oportebat vt prædiceret de aduentu paracleti, qui vires ſubminiſtraret apoſtolis, os &
ſapientiam, Vnde dicit Chryſoſt. Super illud. 2. Cor. 1. Sicut abundant Chriſti paſsiones in nobis, ꝙ Pau-
lus & apoſtoli plura perpeſsi ſunt ꝙ Chriſtus. Nec quiſquam inquit hunc ſermonem condemnet temeri- Chryſoſt.
tatis & audatiæ. Nam & Paulus dicit (id autem natura non fert) cotidie morior. Sicut enim plura mira- 1. Cor. 15.
cula ediderunt vel maiora (maiora enim his faciet) & plures ad fidem beatiſsimæ trinitatis conuerterunt, Ioan. 14.
ita & plura ꝙ ipſe perpeſsi ſunt, id donante ſpiritu ſancto, totum tamen cedebat in gloriam eius, qui in
ipſis & per ipſos operabatur. Et nunc vado ad eum qui miſit me. Iuxta Auguſtinum ſignificat dominus Auguſt.
A his verbis, ſic ſe abſceſſurum, vt nullus interrogaret, ꝙ palam fieri viſu corporis cernerent. Nam ſuperius Ioan. 13.
rogauerant quo eſſet iturus, & ille reſpondit, quo ego vado vos non poteſtis venire. Nunc autem ita ſe
promittit abiturum; vt nullus eorum interroget quo, ipſis enim cernentibus ferebatur in cælum. Dicamus Actu. 1.
iuxta moralem ſenſum, verum vnum. Sicut refert ſcriptura, ꝙ primum Cain (Gene. 4.) egreſſus eſt a fa-
cie Dei, vt velut fugitiuus ſeruus habitaret in terra, vxore cognita, & ſuſcepto filio, ædificauit ciuitatem,
imponens ei nomen ex nomine filij, enos. Quo facto præfigurauit iuxta Auguſtinum, ꝙ hi qui ſunt ciues Auguſt.
ſæculi huius, non ſunt e numero conciuium & domeſticorum ciuitatis Dei, de qua tam glorioſa dicta ſunt. Pſal. 86.
At de patribus noſtris quorum deus peculiariter deus (Exo. 5.) ita dicit Paulus. Fide Abraam vocatus, Hebr. 11.
relicta patria & domo paterna, profectus eſt in eum locum, quem accepturus erat, neſciens tamen quo
iret, ſed demoratus eſt annis centum in terra promiſsionis tanquam aduena, in caſulis habitando, &c. Et
infra. Iuxta fidem defuncti ſunt omnes ſæculi huius hoſpites, non acceptis repromiſsionibus, ſed a longe
eas ſalutantes, ſicut Moſi dictum eſt, aſcende in montem iſtum Abarim, & vide terram quam ego tradā Deuter. 32.
B filijs Iſrael poſsideadam, & morere ibi) & confitentes ꝙ peregrini & hoſpites ſunt ſuper terra. Qui enim
hoc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere. Quam patriam? Vbi ſunt bona illa quæ in cor hominis non 1. Cor. 2.
aſcenderunt, illam patriam de qua nunc dicitur, vado ad eum qui miſit me. Nam ſi viri illi Beati qui do-
mos habebant & ſubſtantiam multam nimis, & multi ex illis reges fuerunt, peregrinos ſe eſſe fatentur,
dicentes, quid mihi eſt in cælo, a te autem quid volui ſuper terram? Quanto verius peregrinus fuit ſæculi
huius, is qui cum deus natura eſſet, ſic ab omnibus expeditus, exultauit ad currendam viam, vt non magis Pſal. 72.
affectu rerum ſæculi teneretur, ꝙ ſolis radij afficiuntur cum fimum attingunt, quippe qui adeo pauper vi- Pſal. 18.
xit, vt non haberet quod volucres. Noluit enim poſsidere quod perderet, quod perderet, quod Satanas ve- Matth. 8.
niens, poſſet auferre. Explicito igitur eo, ad quod miſſus fuerat miniſterio, quæſiturus enim venerationem
centenariam, & laturus legem nouam in corde credentium, & pro terrenis promiſſurus pœnitentibus bo-
na cœleſtia: vado inquit ad eum qui miſit me. Repeto ciuitatem meam, cuius conditor ſum. Nam ciues hu- Hiere. 31.
C ius Labyrinthi, non habent quo vadant, niſi ꝙ aliquando terra dehiſcens, vorabit eos, & deſcendent in Num. 16.
infernum viuentes. Ad hanc igitur ciuitatem cæleſtem cum via eſſet dumetis & ſentibus obſita & ſqua-
lens, venit rex ipſius ciuitatis inquit Auguſtinus, & fecit ſe viam, cum ipſe ſit terminus veritas & vita, ſe
cit ſe viatorem cum eſſet comprehenſor, fecit ſe patrimonium cum ipſe ſit pater. Vadit igitur vt paret ſuis Auguſt.
manſiones in illa ciuitate quę in quadro poſita eſt, pater, filius, ſpiritus ſanctus. Et hi tres vnum ſunt. Lex Ioan. 14.
enim terrena tantum donabat, id quod euidenter pręfiguratum eſt in Moſe & in Ioſue. Siquidem Moſes Apoc. 21.
duabus tantum tribubus & dimidię hęreditatem tradidit, idque vltra Iordanem, Ioſue autem cęteris tribu- Num. 32.
bus, Iordane tranſito. Iudęi quoniam terrena dilexerunt cum patre ſuo Cain, habebant enim multa pe- Figura.
cora, extra terram illam hęreditatem ſortiti, quę fluit lacte & melle, de qua dominus, ipſi poſsidebunt ter- Exo. 5.
ram. Matth. 5. Apoſtoli & eorum imitatores qui velut peregrini vixerunt, mūdo crucifixi, viuentes Chri-
D ſto, ipſi audiunt, veſtrum eſt regnum cęlorum, ipſi accipiunt ius in terra promiſsionis, in terra viuentium, Matth. 5.
& hoc per manum Ioſue, qui ſuis loquitur, vado ad eum qui miſit me, expleto miniſterio annorum trium
&.30. Quod autem nemo ex vobis interrogat me quo vado, ratio eſt, quia nullus ignorat hanc legem a
deo ſancitam, poſt legitimam pugnam, ſequuturam coronam, & poſt ocium locuſtarū, ducentium in can- 2. Tim. 2.
ticis verſuum, laborem perpetuum conſequutum iri. Sed quia hęc loquutus ſum vobis, triſticia impleuit
cor veſtrum. Quę ſunt iſta? Audierant: Synagogis interdicent vos, & eo malorum ventum erit, vt omnis Pſal. 68.
qui interfecerit vnum aliquem ex vobis, videatur obtuliſſe Deo obſequium, latriam placentem Deo ſu-
per vitulum nouellum. Audierant, vado ad eum qui miſit me. Seiungi autem ab amicis ꝙ durum ſit vide
Ruth. 1. Ibi: En reuerſa eſt: &c. Merito ergo cor apoſtolorum impletur triſtitia. Triſticia plenum habebāt
cor, audito diſceſſu amabilis ſuper amorem mulierum, quę triſticia eos mutos reddebat ad interrogationē
eius rei, quam ſumme odiebant. Auguſtinus. Videbat dominus quid illa ſua verba in eorum cordibus age
E rent, ſpiritualem quippe non dum interius habentes conſolationem, quam per ſpiritum ſanctum fuerant Auguſt.
habituri, id quod exterius in Chriſto videbant, amittere metuebant, & quia ſe amiſſuros eſſe, illum vera
denunciantem: dubitare non poterant, contriſtabatur humanus affectus: quia corporalis deſolabatur aſpe
ctus. Nouerat autem ille quid eis potius expediret, quia viſus interior: ipſe eſt vtique melior, quo eos con-
ſolaturus fuerat ſpiritus ſanctus, non cernentium corporibus ingeſturus corpus humanum, ſe ipſum credē-
tium pectoribus infuſurus Plutarchi. Quid mala noſtra tam accurate perſpicimus: bona vero quę nos ma Plutarch.
nent penitus exciderunt? Nihilo illo chio negociatore meliores: qui cum vinum multum primęque bonitatis
venderet, ipſe ſibi acidum in vappamque deprauatum conquirebat. Cuius ſeruus cum ab eo forte fugiſ-
ſet, ſciſcitaretur que ab eo quiſpiam, qua cauſa dominum reliquiſſet, quia cū in manibus inquit bona eſ-

 ſent,

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

ſent, mala tamen conquirebat, furori certe ſimile eſt, perditis indoleſcere rebus, non ilætari vero in columi
bus. Vtque puſilli pueruli cum quis eis vnum ex multis ludicrum inuolauerit, reliqua omnia deficientes
lachrymantur, adhuc modum a fortuna vna nos in particula conturbatos, reliquas nos omnes inutiles
lamētamur queribūdi. Nū nos ſimiles arbitramur ioui eñcti potēti, cuius taxilli ſemper fœliciter cadunt?
Sed ego veritatē dico vobis expedit vobis vt ego vadā. Si enim nō abiero, paracletus
non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Eſtq; ſenſus, Expedit vobis & om-
August. nino veſtra refert, vt hæc forma ſerui (atqui in illa latebat forma Dei) auferatur a vobis. Caro quidem fa-
ctum verbum habito inter vos, ſed nolo me carnaliter adhuc diligatis, & iſto lacte contenti, ſemper infan
tes eſſe cupiatis. Quia ſi alimenta tenera quibus vos alui, nō ſubtraxero, ſolidum cibum non eſurietis. Si
Theophy. carni carnaliter in hæſeritis, capaces ſpiritus ſancti non eritis. Theophyl. Etiam ſi innumeris modis in-
quit magis triſticia afficiamini, ego quod vobis vtile eſt dico. Nam vos quidem velletis ſemper eſſe mecū, P
atqui hoc non eſt expediens. Si enim ego non immoler pro vobis inimicis, paracletus non veniet. Solutis
autem inimicitijs, veniet ſpiritus ſanctus. Quamdiu igitur farina Aegyptia paſcimini, mana cæleſti non
Quæſtio. donabimini. Exo. 12. Quæritur igitur, quid ſit q; Chriſto commorante in terra, ſpiritus ſanctus donari nō
potuit. Num carnis illius conſortium abhorrebat, quæ de ipſo & per ipſum in virgine & de virgine con-
cepta erat & nata? Abſit. Sed ſicut alias dictum eſt, ſpiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam.
Ioan. 6. Quæ ſententia ſimilis eſt illi, Beatus venter qui te, &c. Lucæ. 11. Si igitur, vt compendio loquamur præſen
tia Chriſti iuxta carnē impedimento erat apoſtolis (ipſe dixit) vt ne capaces eſſent ſpiritus ſancti eo mo-
do quo mittendus erat a patre & filio & ipſo pariter paracleto, quæ reliqua ſpes eſt ijs, qui nec ſi ſpiritus
ſanctus ſit audierunt Actu. 19. Qui carnea vocantur a deo. Gene. 6. qui mundo viuentes, & ducentes in
Iob. 21. bonis dies ſuos, Chriſto mortui ſunt. Qui vxorem ducentes (atq; vtinam vnā tantum, & ſuam, eſto me-
Lucæ. 14. cum prudens lector) dicant, conuiuium tuum alijs exhibe, ego non poſſum venire. Qui apud ſe infixam G
habent omnium malorum radicem 1. Tim. 6. Qui hic habent conſolationem ſuam. Lucæ. 6. Vere non ve-
niet non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis (& de ſimilibus parricidis, nebulonibus, odibilibus
Deo & hominibus idem eſto iudicium) quia carnes ſunt. Auferes ſpiritum eorum, & in puluerem ſuū re-
Gen. 6. uertentur. Pſal. 103. Iſti ſunt qui cum vixerint vitam cyclopicam, dicunt, moriatur anima mea morte iuſto
rum. Num. cap. 23. Cum autem venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iuſticia, &
de iudicio, de peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iuſticia vero, quia ad
patrem vado, & iam non videbitis me. De iudicio vero, quia princeps huius mundi
iam iudicatus eſt. *Theophyl.* De quo peccato iuſticia & iudicio? De peccato incredulitatis, iuxta
quod ſequitur, de peccato quidem quia non credi. In me. Hoc enim peccatum quaſi ſolum ſit præ cæteris
poſuit, quia hoc manente, cætera detinentur. Sed hæc ratio quæ eſt & Auguſtini nihil concludit, quocūq;
enim peccato manente, omnia manent, quia vnum ſine cæteris non remittitur, ſed vel omnia vel nullum. H
Cæterum peccatum infidelitatis eſt maximum omnium peccatorum, quia ſine fide impoſsibile eſt placere
Hebr. 11. Deo. Et qui non credit, ira Dei manet ſuper eum, & iam iudicatus eſt etiam ante iudicium. Ioan. 3. Sequit
ex Theophyl. Nam nunc dicere poſſunt q; filius ſim Fabri, q; communi lege hominum conceptus ſum, q;
homo ſim vorax. Matt 13. & 11. cap. Tunc autem incredulitas omni carebit excuſatione, cum viderint
per manus apoſtolorum fieri miracula inuocato nomine Chriſti, cooperante ſpiritu ſancto, nec credent.
De iuſticia q; ſine fructu mors Chriſti apud multos facta eſt. Quoniam cum iuſte conuerſatus fuerim in-
ter vos, inter iniquos ſuffixus ſum cruci, & in huius iuditiū ad patrem vadam. Neq; enim ſi iniuſtus eſſem,
ad patrem aſcendiſſem. Quodq; infert, & poſt hæc non videbitis me, æternam ſuam ad patrem conuerſa-
tionem manifeſtat. De iudicio, quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt a me, & victus. Quia enim
dicebant, dæmonium habet, Ioan. 10. Impoſtor eſt, in Beelzebub operatur, Lucæ. 11. Beelzebub habet,
Marci. 3. Hæc omnia oſtendentur vana, cum apparuerit fortior condemnatus, & foras ejectus a me for- I
tiore & innocente, quod non potuiſſem facere, ſi talis non eſſem cui flectitur omne genu & famulatur o-
mnis creatura. Auguſtinus ita dicit, Arguet mūdum de peccato. Quia enim per ſpiritum ſanctum diffun-
August. denda erat charitas in cordibus apoſtolorum, quæ foras mittit timorem (1. Ioan. 4.) quo impediri poſſent
Eſai. 43. ne arguere mundum (qui perſecutionibus fremebat & tonabat) auderent, propterea dixit, ille arguet mū-
dum, tanquam diceret, ille diffundet in cordibus veſtris charitatem. Sic enim timore expulſo, arguendi ha
bebitis libertatem. Arguitur igitur mundus de peccato, quia in Chriſtum non credidit. Et de iuſticia eorū
qui credunt. Ipſa quia fidelium comparatio infidelium eſt vituperatio. Quapropter mundus de peccato
quidem ſuo, de iuſtia vero arguitur aliena, ſicut arguuntur de lumine tenebræ. Quantum enim ſit eorū,
qui non credunt, non ſolum per ſeipſum, verumetiam ex bono poteſt eorum apparere qui credunt. Et quo
niam iſta vox infidelium eſſe conſueuit, quomodo credemus, quod non videmus, ideo credentium iuſticiā K
ſic oportuit diffiniri, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me, Beati enim qui non vident, & cre-
dunt. Nam & qui viderunt Chriſtum, non in eo laudata eſt fides eorum, quia crediderunt quod videbāt,
Ioan. 20. Id eſt filium hominis, ſed quia credebant quod nō videbant, id eſt filium Dei. Cum vero & ipſa forma ſer-
ui ſubtracta eorum aſpectibus, tum vero ex omni parte impletum eſt, iuſtus ex fide viuit. De iudicio ve-
Rom. 1. ro, quia princeps, &c. Quid eſt iſte princeps niſi ille de quo dictum eſt, venit ad me, & in me non habet
Ioan. 14. quicquam? Princeps igitur iſte qui per peccatū regnat in mundo (ſicut enim arbor folijs & pomis, & area
granis & paleis ita fidelibus & infidelibus plenus eſt mundus) iam iudicatus eſt, quoniam iudicio ignis æ-
terni irreuocabiliter deſtinatus eſt. Merito enim Chriſti iniuſte occiſi a Satanæ miniſtris in contra illum
dictum eſt, deſtructa idololatria. De hoc itaq; iudicio quo princeps iudicatus eſt mundi arguitur a ſpiritu
ſancto

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ſancto mundus, quoniam cum ſuo principe iudicatur, quem ſuperbus atque impius imitatur. Credant ita-
que homines in Chriſtum ne arguantur de peccato infidelitatis ſuæ, quo peccata omnia detinentur. Trā-
ſeant in numerum fideliū, ne arguantur de iuſticia eorum quos iuſtificatos non imitantur. Caueant futu-
rum iudicium, ne cum mundi principe damnentur, quem iudicatum imitantur. Poteſt ſic exponi illud, de
iuſtitia vero, quia Iudæi ante aduentum ſpiritus. ſ. vtcunq; prætexere poterant obſeruantiam legis ſibi adeo
traditæ. Cæterum vbi viderint ſpiritus. ſ. vim admirabilem non contingere niſi his qui fidem Chriſti pro-
fiterentur (etiam ſi alias eſſent idolorum cultores) ſine legis Moſaicæ obſeruantia, fruſtra iactabunt legis
iuſticiam apud homines, qui credere nolunt in eum per quem confertur vera iuſtificatio. Id autē tunc ma-
nifeſtum fiet, cum me ab eunte, ſpiritus. ſ. adueniens declarabit mundo, me non eſſe mortuum quem cruci
ſuffixerant, ſed rediſſe ad patrem, &c. De iudicio vero arguetur mundus, quia adueniente ſpiritu. ſ. per
A prædicationem apoſtolorum apparebit fuiſſe triumphum (mors videlicet Chriſti) quod videbatur igno-
minia, quum enim Dæmones paſſim exijcientur templis, cum ad ſignum crucis eiulabunt, cum ad inuo-
uocationem nominis mei relinquent diu poſſeſſa corpora, nonne palam erit, principem eorum fuiſſe con-
demnatum? Nonne manifeſtum erit illos merito igni æterno deſtinandos, qui me deſerto, damnatum illū
ac victum ſequi maluerint in mortem æternam? Mors enim & infernus ſequuntur illum. Apoc. 6.

## Caput. xiiij. Iterum de aduentu ſpiritus. ſ. qui illos doceat omnem veritatem. Modicum & non videbitis me. De muliere pariente puerum quæ poſt partum obliuiſcitur preſſuræ ſuæ.

ADhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.
B Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veri-
tatem, vel ducet in omnem veritatem. Hic ſiquis obijciat, quomodo dictum
eſt in præcedentibus, omnia quæ audiui a patre meo nota feci vobis, & nunc dicit,
adhuc multa dicturus eram vobis, reſpondemus ibi dictum eſſe, q dominus futura
quaſi iam præterita eſſent prædixiſſent. Verum ſiquis requirat, quæ ſint iſta quæ apo
ſtoli portare non poterant, ſtulticię arguendus eſt. Quis enim noſtrum audeat eorum
ſe dicere capacem, quæ illi capere non valebant? Et fortaſsis illa multa ex illis erant
quę nec Paulo loqui licuit, quia tantorum myſteriorum capaces auditores non vide-
bat. Vnde dicit. Cum autē venerit ille ſpiritus veritatis, &c. Auguſtinus. Quod dominus dicit, ſpiritus. ſ. 2.Cor.12. August.
docebit vos vel deducet vos in omnem veritatem, non arbitror in hac vita in cuiuſquam mente poſſe cō-
pleri. Quis enim viuens in hoc corpore quod aggrauat animam poſsit noſſe omnem veritatem, cum dicat Sap.9.
Paulus, ex parte ſcimus? Sed ad illud tempus refertur, de quo idem Paulus, cum venerit quod perfectū eſt,
C &c. 1.Cor.13. Poteſt autem ſimpliciter dici, quod ſit ſermo hyperbolicus, & ad eas tantum veritates re-
ferri, quarum ſcientiam neceſſaria erat prædicatoribus euangelij. Imo Petrus poſt acceptum ſpiritum ſan de cōſe. di.
ctum reprehenſus eſt a Paulo Apoſtolo, q non recte ambularet ad veritatem euangelij. Poteſt & illud 5.ca. penul.
dici quod quædam veritates reuelatæ ſunt vni, & quędam alteri, quædam vero alijs apoſtolis, & ſic om- & cap. fin.
nis veritas fidei reuelata eſt apoſtolis, forte autem nulli eorum omnes, q ſi omnes omnibus reuelatę ſunt,
non obſto, dummodo intelligamus ſermonem hunc eſſe hyperbolicum. Nō enim loquitur a ſemet- Gal. 2.
ipſo, ſed quæcunq; audiet, & quæ ventura ſunt annunciabit vobis. Theoph. Quia enim
magna dixerat de ſpiritu ſ. ne putarent eum maiorem eſſe filio homine facto, hoc eſt filio Dei qui homo Theophy
factus eſt, ſubdit. Nō enim loquetur a ſemetipſo. Nihil loquetur præter ea quæ dominus Ieſus docuit, ideſt
contra ea, quia multa eos docuit, quæ tunc portare non poterant. Eſt autem hæc ſententia ſimilis illi: Mea
D doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Quia enim ſpiritus. ſ. non eſt a ſeipſo ſed ex patre filioq; proce-
dit, ideo doctrina ſua non eſt a ſe, non loquitur a ſe, ſed quæcūq; audiet loquitur. A quo enim eſt illi eſſen- Ioan.7.
tia vel a quibus, eſt illi & ſcientia, eſt illi & audientia. Neque nos moueat verbum futuri temporis, Au-
diet, quaſi non dum acceperit ſpiritus. ſ. ſcientiam eorum quæ docturus eſt apoſtolos, quia in eo quod ſem
piternum eſt, ſine initio & ſine fine, cuiuſlibet temporis verbum ponatur, non mendaciter ponitur, quia
& fuit & eſt & erit ſemper id quod eſt, & ſpiritus. ſ. ſemper audit, audiuit & audiet, quia ſemper ex patre
filioq; procedit. Et quæ ventura ſunt annunciabit vobis. Eſt enim valde cupidum humanum genus ſciē-
di quæ futura ſunt, hoc eſt ſciendi bonum & malum. Vnde illud, domine ſi in tempore hoc reſtitues regnū
Iſrael? Actu. 1. Sed non eſt noſtrum hæc ſcire, ideſt parum aut nihil refert ea ſcire. Et ſi referret, deus illa reue Gene. 3.
laret, ſicut multa ſunt reuelata apoſtolis & maxime Ioanni euangeliſtæ ſicut patet in libro reuelationis
ſuæ. Non enim inferioris meriti erant apoſtoli, quibus dictum eſt, beati oculi qui vident quæ vos videtis,
E prophetis ipſis de quibus ſcriptum eſt, non faciet dominus deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuū ſer-
uis ſuis prophetis. Et Abrahæ ruſum dictum eſt, Num celare potero Abraæ quæ geſturus ſum? Poſſum ſed Luce. 10.
non debeo, cū futurus ſit pater gentis magnæ & robuſtiſsimæ: & benedicendæ ſint in eo omnes nationes Amos. 3.
terrę. Sequitur. Scio enim q præcepturus ſit filijs & domui ſuę poſt ſe, vt cuſtodiant viam domini, & fa- Gene. 18.
ciant iudicium & iuſticiam, vt adducat dominus propter Abraam omnia quę loquutus eſt ad eum, quę
omnia de apoſtolis recte poſſunt dici qui patres ſunt gentis robuſtiſsimę, quam ex omnibus gentibus per e-
uangelium Chriſto domino genuerunt. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annun- 1. Cor. 4.
ciabit vobis. Per charitatem enim ſpiritus. ſ. qua repleta ſunt viſcera apoſtolorum, timore fugato, an-
nuntiauerunt gentibus dominum Chriſtū, ac ſic fama eius diffuſa eſt toto orbe, quomodo Paulus dicit, 2. Cor. 2.

Chriſti

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Chriſti bonus odor ſumus in omni loco. Ac ſi diceret. Ille auferet a vobis timorem & dabit amorem, quo me ardentius prædicantes, gloriæ meæ per totum orbem dabitis odorem, commẽdabitis honorem. Quod
Luc. 1. enim facturi erant apoſtoli in ſpiritu. ſ. hoc eundem ſpiritum dixit facturum. Eſt autem gloria, ideſt: doxa
2. Reg. 7. ſicut diffinierunt antiqui latinæ linguæ clariſsimi autores, frequens de aliquo fama cum laude. Vnde illud, fecit mihi magna, & beatam me dicent omnes generationes. Et rurſus. Feci tibi nomen grande iuxta nomina magnorum qui ſunt in terra. Laudatur autem & peccator in deſiderijs animę ſuæ, & iniquus be-
Auguſt. nedicitur. Pſal. 9. Donare enim (verbi gratia) res ſuas (inquit Auguſtinus) hiſtrionibus, vitium eſt immane, non virtus, & ſcitis de talibus, qua frequens ſit fama cum laude, quæ tamen inſtar puncti eſt, Iob 20. Quidem autem de meo accipiet & annunciabit vobis? Tu autem obſerua ſcriptum eſſe Exo. cap. 20. Nõ aſcendes per gradus ad altare meum. Gloſa, Ideſt gradus in beatiſsima trinitate non facies, ſicut impijſsi- F
Ordinaria mus Arrius, qui docet maiorem patrem filio, & vtroque minorem ſpiritum. ſ. ſed vtrũq; in pium eſt. Nõ enim propterea filius minor eſt patre, quia ab illo habet vt ſit. Nec rurſus ſpiritus. ſ. minor eſt filio, quia ab illo eſt & a patre, quaſi filius accipiat a patre, & ſpiritus. ſ. a filio, quibuſdam gradibus naturarum. Abſit hoc credere: abſit dicere, abſit a Chriſtianis cordibus vel cogitare. Quod autẽ dicit, accipiet de futuro, eodem modo exponitur, ſicut illud, quæcunq; audiet. Accepit enim ſpiritus. ſ. a patre & filio & accipit, & accipiet. Cur itaque dominus dixerit, de meo accipiet ſpiritus. ſ. ipſe aperit cum infert. Omnia quæ habet pater, mea ſunt, propterea dixi, de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Quæ patent ex dictis. Ad hæc Faber. Quę noſtri Theologi de ęterna generatione tradunt & ſi magnifice & ſupra hu-
Faber. manum captum excogitata ſunt, ſublimius tamen magnificentius fidea veneratur deum ſilentio in theologia apophatica, ideſt negatiua, eum admirando, & diuinam ignorationem ſcientia potiorem reputãdo. Scientia enim loquitur, deum laudando in theologia hypophatica, ideſt oſtenſiua, ſed neſcit quid loquitur. Nam ſi capit, ſi intelligit quod loquitur, non eſt deus de quo loquitur, ſiquidem incomprehenſibi- G
lis eſt, Et ſacra ignorantia ſoror maior natu eo doctior eſt, quo ignorat & ſcit ſe ignorare. Scientia autem ſoror tenella, & iunior eoq; indoctior, q doctã eſt, & ſe ſcire putat. Hæc viſione excecatur, illa viſione illuminatur. Hæc ſciens, illa neſciens, ſed pluſquam ſciens. Hæc ille. Modicum & iam non videbitis me, lege puſillum, modicum enim moderatum ſicut habes Pſal. 36. Adhuc puſillum & non erit peccator, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad inuicem. Quid eſt hoc quod dicit nobis, modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad patrem? Dicebant ergo. Quid eſt hoc quod dicit nobis, modicum? Neſcimus quid loquitur. Hęc verba domini adeo ſubter fugiebant ſenſum apoſtolorum antequam id quod dicebat impletũ eſſet, vt ſurdis penitus videretur dominus narrare fabulam aut mortuis, id quod ex ipſorum verbis palam eſt. Dixerunt enim omnino fugiunt nos verba eius. Hoc enim eos mouebat, quod dixit, modicum & non vide me, & iterũ mo- H
dicum & videbitis me, Nam in præcedẽtibus quia non dixerat modicum, ſed dixerat ad patrem vado, & iam non videbitis me, tanquam aperte illis viſus eſt loqui, neque inter ſe de hoc aliquid quæſierunt. Quod itaq; eis tunc obſcurum fuit, iam nunc manifeſtum eſt. Poſt Paulum enim captus eſt, paſſus, & ſepultus, & triduo non viderunt eum. Elapſo autem triduo per ſynedochen, cete euomuit Ionam, & viderunt. Sic Ioſeph eductum de carcere. Modico igitur tempore ablatum eſt ab eis lumen oculorum, quia ad veſperã de-
Gene. 41. morabitur fletus, & ad matutinum lætitia, verum quod veritas habet, horę illę quadraginta vel circiter
Pſal. 29. anni illis viſi ſunt, prę doloris acerbitate. Cognouit ergo Ieſus, q volebant eum interrogare & dixit eis. De hoc quæritis inter vos, quia dixi modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Amen amen dico vobis, q plorabitis & flebitis vos: mundus autem gaudebit: vos autem contriſtabimini: ſed triſticia veſtra conuertetur
1. Reg. 4. in gaudium. Senſus planus ſit. Nam apoſtoli capta arca Dei, fecerunt Planctum magnum, ſicut Pale- I
ſtini vehementer lętati ſunt, capto Samſone. Iudi. 16. Et rurſus arca reſtituta in locum ſuum, facta eſt lętitia
Eſter. 8. magna in populo. 1. Reg cap. 6. & noua lux oriri viſa eſt illis, gaudium & tripudium. Sed & Paleſtinis gaudium de capta arca Dei in luctum verſum eſt, eumq; non vulgarem. Vide 1. Reg. ca. 5. Hiſtoriam. Gaudebit tamen interim mũdus, vos autem contriſtabimini. Mundi autem nomine ciues ſęculi intellige,
Iob. 21. qui quo ad poſſunt, ducũt in bonis dies ſuos. Sed qui voluerit amicitias fouere Cęſaris, inimicus Dei con-
Iaco. 4. ſtituitur. Quibus inimicitijs Dei factum eſt, vt nec vnigenito Dei parceretur, quin & ipſe cum impijs deputaretur, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Triſticia veſtra de morte mea vertetur in gaudium totius eccleſię. Sicut autem in arboribus ſiquis fructum cũ ramis precidat: radix autem maneat, tota arbor cum maiori ornatu conſurgit, ſic quidem & in nobis, ſi pietatis fidei & charitatis radix permaneat, & ſi diuitię auferantur & corpus & lumen oculorum noſtrorum, omnia rurſus cum maiori gloria redduntur no- K
Iaco. 1. bis, quod videre licet in nobis. Vnde illud. Omne gaudium exiſtimate fratres. Cum in varias tentationes
Ioſeph. incideritis, quę certe non ſunt condignę ad futurum gaudium quod reuelabitur in nobis. Rom. 8. Nunquã
Gene. 41. enim ſanctus Ioſeph conſcendiſſet currum ſecundum Pharaonis, niſi prius expertus eſſet inuidiam fraternam, ſeruitutem duram, carcerem biennio, & falſum teſtimoniũ procacis fœminę. Lamentabatur aliquãdo & vxor Socratis, q vir idem Socrates innocens moreretur, coactus haurire venenum. Ille vero tranqui-
Socratis. ſpera potu temperans, quid inquit putabas tu ſolos noxios fortunam aduerſam experire? Vel num nocẽti
Auguſt. mihi mori ſatius duxiſti? Audiſtis inquit Iacobus exemplum Iob & finem domini. cap. 5. Auguſt. Quid eſt quod Iacobus principium tentationum Iob fini & morti Chriſti copulauit? Ne videlicet ideo ſuſtineremus flagella, vt nobis ablata reſtituerentur in duplo ſicut ipſi Iob, non ait, ſuſtinentiam Iob & finem
eius

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

eius audiſtis, ſed patientiam Iob & finem domini, ac ſi diceret. Mala præſentia ſi ingruant, ſuſtinere cum
Iob, ſed pro hac tolerantia non bona temporalia ſperate, quæ illi aucta redierunt, ſed æterna bona quæ in
domino præceſſerunt. Ad vbera enim portabimini, & ſuper genua blandientur vobis. Eſai. 66. Auguſt. Auguſt.
Hoc in Hieruſalem quæ eſt mater noſtra & libera fiet nobis Gal. 4. vbi poſt labores ærumnarum curarū-
que mortalium (Martha turbatur circa multa) conſolabimur tanquam paruuli, eius humeris genibusque porta- Luce. 10.
ti. Rudes enim nos & nouos blandiſſimis adiutoriis inſolita illa beatitudo ſuſcipiet, & omnis triſtitia trā-
ſitoria vertetur in gaudium æternum. Sicut & impiorum laus & lætitia momentanea in veram vertetur
triſticiam & ſtridorem dentium. Athenienſes cum aliquando pugna nauali eſſent ſuperati, præueniēs eos Matth. 8.
Stratocles qui huius calamitatis nuntium afferebant, ſumma celeritate vrbem ingreſſus, per medium eius
coronatus tranſiuit, fauſtum afferens victoriæ nuntium, quo quidem ex templo epulum per vnam quam-
A que tribum conſtitutum eſt, & ſacrificia publica ſupplicationesque decretæ. Paulo vero deinceps cum ve-
niſſent nuntij qui ferebant ordinem ſuſceptæ calamitatis, atque vniuerſus populus vno conſenſu aduerſus
Stratoclem exarſiſſet, ille tamen hunc furorem audacter impudenterque ſuſtinens, quid inquit boni viri vo-
bis moleſtiæ intuli, ſi duos dies ſumma eſtis (o duos dies) mea cauſa in voluptate verſati? Quia inquiunt
breuem & falſam lætitiam longa & vera triſtitia conſequetur. Subiungamus illud. Imperator Heliogaba
lus nequiſſimorum nequiſſimus congregato populo in templo ad ſpectanda quædam, fecit claudi oſtia,
& derepente iuſſit ſolui feles centum mures decem milia item vertagos centum, lepores decem milia, ſicque
feſtum illud verſum eſt in tumultum maximum ſicut par erat. Videlicet. 1. Reg. cap. 5. item Eſter cap. 5.
& ſexto. Ageſilaus nullam cupiebat gloriam, niſi hanc ipſe propria acquiſiuiſſet opera. & ſequitur. Non
ferre quidem, ſed æquo animo omnia ſufferre (quod pauciſſimi mea quidem ſententia faciunt) virtutem Ageſilaus.
opinabatur. Fortunam continue metuebat, putans eos qui bene viuant, non dum fortunatos, qui vero
B glorioſe interierunt, eos iam beatos eſſe. Igitur & triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Interim autem etiā
ſi nobis conferenda eſt lucta cum angelo nocte tota, qui armatus occurrit nobis, terentibus viam arctam.
Matth. 7. Quod ſi ipſius Ioſeph vnica viſio lachrymas Iacob nouas & veteres in gaudium conuertit, id Gene. 32.
quanto melius faciet ipſa Dei viſio, quæ plena eſt gratiarum? *Transeundum eſt tamen interim per ignem* Gene. 46.
ſicut tres pueri Daniel. 3. Per quam aquam *ſicut filij Iſrael, vt ducamur in refrigerium. Imo inter ipſas flā-* Eſter. 15.
mas fornacis ſuccenſe ſeptuplum *viſus eſt cum eis quartus ſimilis filio* Dei, & medium fornacis factum eſt Figura.
quaſi ventus roris flans, ſic ſoluta omni triſtitia, chorum ducentes, cantabāt, gaudium noſtrum nemo tol-
let a nobis. Sequitur. Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora ſua, cum autem
peperit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo
in mundum. Et vos igitur nūc quidem triſtitiam habetis. Iterum autem videbo vos,
& gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Et in illo die non
C me rogabitis quicquam. De hac ſimilitudine fœminæ ipſæ interrogandæ ſunt, quantus ſit dolor par
turientis. Sed ſufficiat dixiſſe illud, quod non raro inter cruciatus perit & mater & proles. Nulli autem ambi
guum, prophetæ quoties hac vtuntur ſimilitudine, excellentiam mœroris ſignificare. Vnde illud. Ibi do- Pſal. 47.
lores vt parturientis. Et illud Eſai. 42. Vt parturiens clamabo. Item Deut. 2 incipiam mittere terrorem ac-
que formidinem tuam in populos qui habitant ſub omni cælo, vt audito nomine tuo, paueant & in morem
parturientium contremiſcant, & dolore teneantur. Scriptum eſt & Apoc. cap. 12. De ſancta eccleſia, quod
amicta licet ſole, & ſtellis coronata, nihilominus tamen in vtero habens, clamabat parturiens, & crucia-
batur vt pareret. In apoſtolis quidem dolor partus triſtitia vehemens eſt de morte paſtoris, gaudium poſt
preſſuram exultatio de morte deuicta. Dormiuit enim ſecundus Adam ſoporem ſuum, vt detraheretur co-
ſta dormienti. Eccleſia autem quæ concipit a timore *Dei ſpiritum* ſalutis, vnde intelliget ſe concepiſſe? Ex Gene. 2.
ſubſultationibus infantis intra vterum? Sicut. S. Eliſabet. Sed quia omne opus bonum reluctante carne & Eſai. 26.
D conſuetudine, concipitur & formatur, & ad partum vſque perducitur (dicitur enim de multis, venerunt fi-
lij vſque ad partum, & virtus non eſt pariendi,) bene ſcriptum eſt de ſancta eccleſia, quod cruciatur *donec pa-* Eſai. 37.
riat. Sed ſi contigerit vita comite Saram iuxta promiſsionem diuinam genuiſſe Iſaac *id eſt riſum,* dolorem
partus ſuccedit gaudiū editi pueri. Sic enim dixit Sara, edito infante, riſum fecit *mihi dominus.* Vnde iam Gene. 21.
nō meminit preſſuræ, propter bonum opus perfectum & conſummatū, iuxta *quod ſcriptum eſt,* fecit au-
tē Abraam grande conuiuium in die ablactationis eius. Ad hæc Plinius, lib. *7. cap. 5.* Cæteris animanti- Plinius.
bus ſtatutum & pariendi & partus gerendi tempus eſt. Homo toto *anno & incerto* gignitur ſpacio. A-
lius. 7. menſe alius octauo & vſque ad initia decimi & vndecimi. Ante. 7. *menſem* haudquaquam vitalis
eſt. ſeptimo non niſi pridie poſtero ve pleni lunij die aut inter *lunio concepti* naſcuntur. Veſtilia Romana
quattuor partus enixa, ſempronium. 7. menſe genuit, Suillum rurſum vndecimo, & poſtea Cæſoniam octa Hiſtoria.
uo in quo melium numero genitis, intra. 40. diem maximus labor grauidis, quarto autem & octauo mē-
E ſe letales in iis abortus. Maſurius autor eſt. L. Papyrium prætorem, ſecundo hærede lege agente bonorū
poſſeſſionem contra eum dediſſe, cum mater partum 13. menſibus diceret tuliſſe, quoniam nullum certum
tempus pariendi ſtatutum videretur. Sequitur. A conceptu decimo die dolores capitis oculorum vertigi-
nes, faſtidium in cibis, redundatio ſtomachi iudices ſunt hominis inchoati. Sic illa ſunt præludia in con-
ceptu, quales in partu torſiones! Melior color marem ferenti, & facilior partus Motus in vtero quadrage- Fœmina.
ſimo die. Contraria omnia in altero ſexu, ingeſtabile onus, crurum & inguinum leuis tumor. Primus au-
tem. 90. die motus. Miſeret autem & pudet, exiſtimantem quam ſit friuola animalium ſuperbiſsimi origo, cum
plerumque abortus cauſa fiat odor a lucernarum extinctu. Is itaque vitam æqualance penſitabit, qui ſemper
fragilitatis humanæ memor fuerit, quando legimus Anacreonem acino vuæ paſſæ periiſſe, & Fabiū ſe-
natorē

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

naторem in lactis hauſtu vno pilo ſtrangulatum. Mulier ergo cum parturit triſticiam habet, quia dictum
Mors. eſt ad illam, in dolore paries. Sequitur. Plurimum langoris in vtroque ſexu, capillum geminante partu,
Gene. 3. & in pleniſunio. Oſcitatio quidem in enixu lætalis eſt, ſicut ſternuiſſe a conceptu vel coitu abortiuum. Et
ſi fœmina inter enitẽdum reſpirauerit, difficilius enititur, vt merito dictum ſit, mulier cum parit, &c. Re-
A. Gellius fert commentator. A. Gellij rem ſcitu dignam, prægnantem mendicam, cum ei vitio matrona daret, quod
gemellos enixa eſſet, non enim ex vno viro veri ſimile duxit eam tot concepiſſe, oraſſe, vt impro peratrix
tot pareret quot dies eſſent in anno, idq; impetraſſe. Vnde quidam, 365. enixam ferunt: Alij ſeptem, cum
Ione. 2. non ſint plures dies ſpecie diſtincti. lib. 10. cap. 2. Et vos igitur nunc more fœminarum triſticiam habetis.
Pſal. 51. Inſtat enim tempus partus, ex vtero ceti Iona regeneratio, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor ve
ſtrum, & iuxta multitudinem dolorum in corde veſtro, conſolationes diuinæ lætificabũt animas veſtras.
& gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Id autem gaudium teſtimonium eſt conſcientiæ, 2. Cor. 1. Vos, F
autem nolite ſeduci gaudio rerum humanarũ. Flenda in rebus humanis aduertite. Poterat ridere puer qui
naſcitur plorans. Quare a fletu incipit viuere? Quia cœpit ire per hanc vallem miſeriæ, & declinare ſicut
vmbra. Adhæc Chryſoſt, ſuper Pſal. 50. Iniquitatem meam ego cognoſco. In perpetrando ſcelere: quoniã
Chryſoſt. voluptate ſumus ebrij, non pro inde ſentimus. Cæterum ſimul atque commiſſum eſt, tum demum extincta
voluptate, amarus pœnitentiæ ſtimulus ſuccedit, contra q̃ accidere ſolet mulieribus parturientibus. Nam
Iaco. 1. illis ante partum labor eſt ingens, grauesq; niſus diſſecantes eas doloribus, poſt partum vero relaxatio, do
lore ſimul cum infante egrediente, ſecus hic non iten. Sed dum concipimus parturimusq; corruptos affe-
ctus, delectamur, gaudemusque, cæterum peccatum conſummatum vbi fuerimus enixi, tum conſpectu fœ
ditate partus, diſcruciamur grauius q̃ mulieres parturientes. Peccatum enim conſummatum generat mor-
tem. Illa iam non meminit preſſuræ propter gaudium, nos perpetuo verme arrodimur, tranſacto gaudio
ad inſtar puncti. Ioh. 16. Gaudium autem veſtrum nemo tollet. Interim autem parturiẽdum eſt nobis nec G
ſemel tantum. Intuere ipſum Abraam, promiſſa eſt ſibi multiplicatio orbis ex vnigenito, & ipſum iube-
Abraam tur immolare & comburere. Et cum tanta repugnantia eſſet præcepti huius, in nullo penitus turbatus eſt,
Gene. 22. aut hæſitauit, nec aliquid huius locutus eſt. Similiter &. S. Ioſeph. Oſtenſa eſt enim ſibi viſio, in qua & fra
Gene. 37. trum & patris adorationem deus pollicebatur, quę vero illi interim contingebant, pugnabant ex diame-
Ioſeph. tro, ſed omnis triſticia eius (Exo. 14. Num. 10.) illi vt nos retrahant in priſtinam ſeruitutem, iſti nepotia-
mur promiſſa libertate. Ex propoſitis autem exemplis Abraę & Ioſeph, in duobus erudimur. Primum q̃
licet promiſſa Dei videantur deſperatiſſima, poſsit tamen ea deus facto perficere, & præter omnium opi-
nionem. Secundo q̃ licet dictis Dei facta contraria videantur emergere, ſpes tamen cuncta credat fideli-
ter adeo promiſſa poſſe donari. Quod autem ſequitur, in illo die me non interrogabitis quicquam, refer-
Cor. 15. ſetę, ad illud tempus refertur, quando videbitur deus ſicuti eſt facie ad faciem a mundi cordibus. Quid e-
Exo. 33. nim tunc ignorare poterimus, quando ſcientem omnia ſciemus? Tunc enim cognoſcemus, ſicut cogniti ſu H
mus. Cognoſcemus per faciem poſteriora, hoc eſt effectus per cauſam.

Caput. xv. Siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Petite & accipietis. Exiui a patre & veni in mundum. Nunc ſcimus q̃ ſcis omnia. Ecce venit hora & iam venit, vt me ſolum relinquatis, abeuntes ſinguli in propria confidite quia ego vici mundum.

Amen amen dico vobis, ſiquid petieritis patrem in nomine meo, da
bit vobis. Vſque modo nõ petiſtis quicquam in nomine meo. Petite
& accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum. De hoc multa dicta ſunt,
multis locis in ſuperioribus. Scriptum eſt aũt, qui dat eſcam iumentis & pullis coruo I
rum inuocantibus eum. Qui igitur coruorum curam gerit, multo magis gerit curam
Pſal. 146. filiorum quos in manibus ſuis exarauit (Eſai. 49.) & maxime ſi patrem petant in no-
mine vnigeniti ſui. Quod ſi multi conducibilia petunt, in nomine domini Ieſu, nec
tamen exaudiuntur, forte ideo fit, quia orant ſine corde, quo nil fugacius. Et vix vnũ
e mille reperies qui vſque ad aurorã perſeueret orando angelum, cum Iacob Quan-
do & Moſes cito fatigatus ſubſidit. Petrus nec vna hora orare potuit. Matth. 26. Iacobus & Ioannes ne-
Gene. 32. ſciunt quid petant, imo Pauli verba ſunt, nam quid oremus. Et hoc eſt quod dicit Iacobus, petitis & non
Rom. 8. accipitis, eo q̃ male petatis. Nam Helias. 3. Reg. 19. & Ionas, cap. 4. & Tobias cap. 3. Petierunt vt more-
rentur, non deſiderio vitę ęternę, clauſa enim erant cęleſtia, ſed malorum pondere preſſi. Quin & Iob &
Orare. Hieremias petierunt impoſsibilia omnino, videlicet vellent non nati fuiſſe. Iob. cap. 3. Non ergo accipie- K
Iere. 20. bant quod petebant, quia non conducibilia petebant, ſed quod præſens ſuggerebat affectus. Quod autem
ait, vſque modo nõ petiſtis, duobus modis intelligitur, vel q̃ in nomine Chriſti petierint aliquid, quod ta
men nomen non ſicut cognoſcendum erat cognouerunt, quia non cognouerunt nomen eius eſſe benedi-
ctum in ſęcula, & ante ſolem permanere. Vel non petiſtis quicquam, quia in comparatione rei quã petere
Pſal. 71. debuiſtis, pro nihilo habendum eſt quod petiſtis. Vt igitur aliquid petatis, quod dignum ſit peti in nomi-
ne meo petite vt gaudium veſtrum ſit plenum. Accipietis autem tranſita hyeme. Sed interim quod gau-
Cant. 2. dium noſtrum repletur, multis replemur miſerijs. Vnde dixit dominus: Mulier cum parit: &c. Fœmina e-
Iob. 14. nim quamuis ſciat, non abſque ingenti dolore tempus partus trãſire, quia auiditate nimia liberos cupit,
ante gaudet ex prole, q̃ conſtituetur ex partu. Sic in omnibus rebus amaritudo pręeuntis doloris cõmendat

amplius

El Colegio de Jalisco

amplius gaudia ſequutura ſanitatis. Sic agricola per hyemem ſudat, congregaturus in vere vberrimos fructus, & diu expetitus portus iucundior apparet poſt graues procellas. Vos igitur qui diu iactati eſtis (paſſuri grauiora inter vndas ſæculi huius, fame, frigore, paupertate, flagellis & carceribus & periculis in pſeudadelphis, petite vt ſacietmini ab vberibus conſolationis domini Ieſu Chriſti, cuius vbera meliora ſunt vino quadragenario, fragrantiora vnguentis optimis. Hæc in prouerbijs loquutus ſum vobis, ab illo loco, ſurgite, eamus hinc: venit hora cum iam non in prouerbijs vobis, ſed palam de patre meo annuntiabo vobis. Quod dicit, in prouerbijs, Græce eſt, en paræmies. Eſt autem parœmia, ſermo obliquus & occulte ac per parabolas totum argumentum oſtendens. Quia igitur dominus multa occulte dixerat, ponens ſimilitudinem vitis & palmitum & mulieris parturientis, & alia multa de vnitate patris & ſpiritus ſancti cum ſe ipſo vnigenito filio Dei, quarum rerum multa ipſi non intellexerunt, 2. Cor. 11. Canti. 1.

A ideo dicit, hæc in prouerbijs, &c. Deuicta autē morte, per dies. 40. Loquebatur eis de patre magis ſublimia & manifeſtiora. Prius enim ſic putabāt eius eſſe patrem deum, ſicut noſter eſt, gratia videlicet. Edocti ſunt autem omnem veritatem a ſpiritu ſancto. De hac autem concluſione vtrum apoſtoli ante aduentum ſpiritus ſancti cognouerint plene verbi æterni incarnationem, propter confeſſionem illam Petri: Tu es Chriſtus filius Dei, quam cæteri apoſtoli ſilentio ſuo comprobarunt, quære doctores. Promiſit ergo dominus Ieſus diſcipulos ſuos ex carnalibus ſpirituales facturum, quāuis non dum tales, quales erimus, quādo ſpirituale etiam corpus habebimus, & erimus ſicut angeli Dei. Vnde dicit, palam annuntiabo vobis de patre meo quod velit pater meus fieri a vobis. Mœrore enim confectis & alioqui rudibus multa quæ illis palam dicebantur, velut parabola erant. Illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis quod ego rogabo patrem de vobis. Ipſe enim pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quod a deo exiui. Exiui a patre & veni in mundum, iterum relinquo mundū, Matth. 16. Matth. 22.

B & vado ad patrem. Senſus eſt. Spiritus ſanctus quo replendi eſtis, ſuggeret vobis quid petendum ſit, aut quomodo petendum in nomine meo, quod ſi feceritis, etiam ſi ardua ſint & difficilia, pater tamen in gratiam mei nō negabit. Et non dico vobis, prætermitto, prætereo, taceo, officium meū apud patrē, quod alias promiſeram. Et ratio eſt, quia ipſe pater amat vos, tam propenſus eſt ad vos, vt opus non ſit equo currenti calcaria adhibere. Si enim ad verbum Heliæ cælum clauſum eſt. 3. Reg. 17. Et ad verbum Ioſue cælum ſtetit vno die Ioſue. 10. & ad voluntatem Ezechiæ ſol retroceſſit, quæ tria nemo non ardua admodum iudicabit, quid eſt quod negare poſſit vobis pater petentibus in nomine vnigeniti filij ſui? Et quid dico, ſi petatis in nomine meo? Non intelligatis me hoc dicere, quaſi ſic meo interuentu ſitis impetraturi petita quemadmodum a principe aliquo aliquoties impetrant homines, patrocinio alicuius dilecti a principe, quod alias daturus non erat, niſi hoc donaret eius gratiæ qui poſtulantis preces commendat. Nam & pater rogari velit per filium, per quem omnia voluit largiri mortalibus, tamen alias vt diximus ipſe amat vos, quia vos me amaſtis. Quod dicit, ipſe, Græce eſt, autos. Autos autem apud Græcos quiddam Eſai. 38.

C habet, quod haud ſcio an ſit apud latinos, vt vltroneum ſignificet. Eſt autem ſenſus. Non dico me rogaturū pro vobis, vt vobis ſit propitius, iam enim vltro vos diligit, tamen ſi in nomine meo petatis. Erit iuxta prouerbium incitare currentem. Ipſe inquit pater amat vos, quia vos me amaſtis. Et num ideo amat nos pater, quia nos illum amamus? Vnde ergo dicit Paulus, elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem? Stetit igitur ille poſt tecta carnis noſtræ, proſpexit per cancellos, & inflamauit affectum noſtrum, manū ſuam miſit neſcio per quod foramen, & excitauit & excuſſit ſomnū noſtrum, vulnerauit nos ſagittis charitatis ſuæ (Canti. 2.) dicens, memor eſto vnde excideris, & tandem ſurreximus, vt aperiremus dilecto, qui prior dilexit nos in charitate perpetua. Hiere. 31. Quia inquit & vos me amaſtis, & credidiſtis, quia a deo exiui. Incognita quidem diligere nullo modo poſſumus, ideo apoſtoli in principio ſuæ vocationis crediderunt quidem in Chriſtum, quaſi eſſet propheta aliquis potens opere & ſermone Lucæ. 24. Et id quod credebant diligebant. Procedente autem tempore altius & ſublimius de Chriſto ſapuerunt, ideo eum viſceroſius dilexerunt. Denique crediderunt de domino Ieſu Chriſto, quod a deo exierit, verum autem ea modo quo Nicodemus dicit, ſcimus quod a deo veniſti magiſter, an ſicut modo credit & prædicat fides catholica, mihi non liquet. Si enim id agnouiſſent, forſan nunquam dominum gloriæ reliquiſſent. Exiui a patre & veni in mūdum forma ſerui aſſumpta, iterum relinquo mundū, &c. Oritur enim ſol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur. De hoc dictum eſt Ioan. cap. 3. ibi: nemo aſcendit in cælum. Dicunt ei diſcipuli ſui. Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc ſcimus quod ſcis omnia, & non opus eſt tibi, vt quis te interroget, in hoc credimus, quod a deo exiſti. Auguſtinus. Qua Prouerbiis. Ephe. 1. Canti. 2. Canti. 5. Apoc. 2.

D Ioan. 3. Eccle. 1. Auguſt.

les erant apoſtoli quando cum eis loquebatur (ante crucem) magna cum paruis, & alta cum rudibus, qui humana tantum ſapiebant, ad diuina penitus a nimiſ, multis indicijs per totum euangelium declaratur, vnde eſt & hoc quod nunc conſequenter dicitur, dicunt ei diſcipuli: ecce nunc palam, &c. Dixerat domi-

E nus Paulo ante, hęc in prouerbijs loquutus ſum, venit hora, &c. Quomodo ergo iſti dicūt, ecce nunc palam loqueris? Nunquid venerat hora, qua iam non in prouerbijs ſe promiſerat loquuturum? Re vera non venerat hora quæ futura erat poſt ſepultum granum frumenti, poſt exaltatum ſerpentem. Num. 21. Cum ergo adhuc promittatur hora illa ventura, quur iſti dicunt, ecce nunc prouerbium nullum dicis? Quia quæ ſcit dominus ipſe non intelligentibus eſſe prouerbia, illi vſque adeo non intelligunt, vt nec ſaltem, non ſe intelligere non intelligant. Excæcatum enim habebant adhuc cor, iuxta Marci cap. 8. Vnde adhuc ſequitur. Nunc ſcimus, quod ſcis omnia. Apoſtoli enim ex verbis domini quibus dixerat, ipſe enim pater amat vos, fiducia concepta, aliquantulam ſuis viribus fidere cœperunt. Vnde dicunt: ecce nunc iam exhibes quod pollicebaris, loqueris enim nobis ſine parabolarum inuolucris, quid ſis facturus, neque opus eſt, vt te quicquam Ioan. 16.

præterea

Fondo Reservado de EL COLEGIO DE JALISCO

præterea rogemus, nihil enim te clam eſt. Præueniebat dominus ſæpe cogitationes eorum, interrogando:
Vide Mat- & reſpondendo ante ꝗ̃ ipſi eum interrogarent, ſicut ſupra dictum eſt, congnouit autẽ Ieſus, ꝗ volebant
thæi.17. eum interrogare. Scire autem occulta cordium ſolius eſt Dei iuxta prophetam. Ex hoc igitur vno argu-
Hiere.17. mentabantur ꝗ ſciret omnia. Ideo non eſt opus inquit vt quis te interroget. Tu enim ſcis quicquid alij
interrogaturi ſunt, ſcis ſomnium & ſolutionem eius, ſicut legimus de Daniele cap.2. Et tamen prima fron-
te videtur ꝗ dicere debuerint, non opus habes vt alios interroges, cum ſcias omnia, ſed vtrumq; verũ eſt.
In hoc igitur credimus ꝗ a deo exiſti, ꝗ noſti cordium arcana. Ad hæc dominus ita reſpõdit, vt paucis ver-
bis retunderet inſipientiam eorum, qui cum non intellexiſſent quæ dixerat, non dum vere crederent, non
dum eſſent pares tot & tantis congreſſibus, tamen id ſibi vſurpabant, quod erat oratione improba obti-
nendum a patre, vnde dicit. Modo creditis. Ecce venit hora, & iam inſtat, vt diſpergami- F
ni vnuſquiſque in propria, latibula vel refugia, & me ſolum relinquatis. Et tamen non
ſum ſolus, quia pater mecum eſt. Quod inquit ego virtute indutis ex alto polliceor, iam vos pu-
tatis habere, verum adeſt tempus, quando trepidabitis ante tubam, diſpergemini enim omnes in propria,
& paſtorem relinquetis inter cohortem luporum. Theophy. Ita exponit hunc locum, quaſi ironica ſit lo-
Theophy. quutio. Nunc inquiunt ſcimus ꝗ ſcis omnia. Vide inquit tarditatem illorum poſt tantas doctrinas, cũ cen-
turio ad vnum verbum crediderit, Matth. 8. & fœmina illa Samaritana, ſicq; de multis alijs, iſti autẽ nunc
inquiunt ſcimus ꝗ ſcis omnia. Et dominus: Nunc creditis inquit, quodãmodo improperans eis tarditatem
Ioan.4. fidei ſuæ. Vtrumq; igitur improperat eis, & ꝗ ſero agnouerint veritatem, & ꝗ agnitam cito relinquerent,
cito velut deſertores, fuga conſulerent ſibi, deſerto duce, qui tamen ſolus nõ eſt, qui pater in me eſt & ego
in patre, vnus enim vt nullus vir iuxta prouerbium. Væ enim ſoli, ſi enim ceciderit, non habet ſubleuan-
tem ſe. Hæc loquutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis, in mundo preſſuram ha- G
Prouerbiũ bebitis. Sed confidite, ego vici mundum. Tantum erit inquit pondus imminentis procellæ, vt
Eccle. 4. non modo veſtrum relinquatis paſtorem, ſed ne conſortio quidem mutuo vobis inuicem ſolatio ſitis futu-
ri, dum ſibi quiſq; timebit, ne alterius iuditio prodatur hoſtibus, timebitis, ne prodamini ab alio neſcio quo
Iuda, ſicut ego proditus ſum. Quæ tamen omnia idcirco prænuncio vobis, non vt deſpondeatis animum,
ſed vt vobis diffiſi, iacteris in Deo ſpem veſtram, ſic in me pacem habeatis, ex qua illud proculdubio con-
ſequetur, ꝗ opprimendi eſtis a ciuibus ſæculi huius. & huius imminentis procellæ initium eſt, ꝗ me deſer-
to, vnuſquiſq; veſtrum diſpergetur, & repetet domum cognatos & propria omnia quæ dederat peſſum,
vt ſequeretur me. Verumtamen confidite, dabit enim deus laboribus veſtris Herculeis licet optatum finẽ,
quia & ego eodem malorum pondere opprimendus ſum ſed iam vici mundum, & ponitur tempus præ-
teritum pro futuro, propter certitudinem rei futuræ. Cum Philippus pater Alexãdri apud Triballos femo-
re lancea traiecto, periculo defunctus, mœrore tamen angeretur claudicantis cruris deformitate, ſuſtine H
inquit Alexander o pater, ne verearis in publicum te agere, quo magis virtutis ingrediẽdo memineris. Ita
Philippus. & Paulus fugit quidem aliquando, non tanquam deſertor & ignauus miles: ſed tanquam dexterrimus
dux: & qui iure dicebat: ego ſtigmata domini mei in corpore meo porto. Vos igitur & ſi timore mortis du-
cem deſerturi eſtis, tamen denuo pugnabitis, an potius dominus pugnabit pro vobis, confidite quia ego
Act. 9. vici mundum, ſed mundus iſte hydra eſt, anteus eſt, vires acquirit quo magis irritatur, immortalis eſt: do-
Galla. 6. nec fiat ſermo qui ſcriptus eſt, vbi eſt mors victoria tua & ſtimulus tuus? Deo autem gratias qui dedit &
dabit vobis victoriam per eum qui loquitur dicens: confidite: quia ego iam vici. Sicut autem dicit Plutar-
1. Cor. 15. chus: Græcorum proprium erat, vel viciſſe in bello, vel occubuiſſe: nam preces victori porrigere Barbari-
Plutarch. cum eſt inquit: id quod vel maxime verum eſt de hoſte: de quo ſcriptum eſt: Nunquid multiplicabit ad
Iob. 40. te preces: aut loquetur tibi mollia? Nunquid feriet tecum pactum: & accipies eum ſeruum ſempiternum?
Iam dixi ſemel, hydra eſt: & vno amputato capite duo pullulant: ſciens inquit ſcriptura: ꝗ modicum tem-
Apo. 12. pus habet. Modicum tempus inquit, tanta eſt ſæuitia eius & nocendi cupido. Confidite tamen: quia nihil I
poteſt niſi permiſſus. Vos autem ſi non poteſtis dicere cum Paulo duce ſtrenuo, in omnibus vincimus &
Rom. 8. ſuperamus: videte ne ſitis ex numero eorum qui velut ignaui duces amputatis pollicibus, quia arma enti-
ter tractauerant ſub menſa principis tenebrarum micas colligebant. Iudi. 1. Ne ſitis e numero eorũ: qui
flexo poplite aquam hauriunt: & reprobantur a ſacramento militiæ cæleſtis. De hoc Auguſtinus. Cum hi-
ſtorialiter in holocauſti Gedeonis concrematione non terreſtri igne ſed cæleſti flamma dicatur hædus ab-
Iudi. 7. ſumptus: hoc oſtendebatur per myſterium ꝗ futurum tunc bellum non humanis viribus ſed cæleſti auxilio
Auguſt. perficeretur. Et ros prius in ſolo vellere oſtenſus: demonſtrabat: ꝗ diuina miſeratio quæ tunc in Iſrael fra-
gili & molli populo fuerat: ignitas gentium iras, ſicut aqua ignem poſſit extinguere. Cum ergo dominus
Figura. dicit: confidite: ſe præſentem conſtituit pugnæ eorum: vt ne animum abijciant: tantum habentes inſpecto- K
rem certaminum ſuorum. Cum autem dicit: ego vici: ſpem illorum vacillantem confirmat: ꝗ & ipſi vi-
ctoria potiantur: ſi legitime certent iuxta Paulum. 2. Tim. 2. Refert Plutar. De Lycurgo. Ibat rex aduer-
Lycurgus. ſus hoſtes: coronatum hominem ſecum habens: qui certamine victor extitiſſet. Ac ferunt quendam cum
grandis ſibi pecunia in olympiacis traderetur: eam accipere noluiſſe; ſed labore plurimo aduerſarium lu-
ctando ſuperaſſe. Quare dixit ei, Quid tibi o Lacon ex victoria lucri comparaſti? Et illum arridentem
reſpondiſſe: ante regem conſtitutus, prælia bor aduerſus hoſtes. Tanti æſtimauit Lacon iſte rege præſente
pugnare pro patria, vt magnam pecuniæ videlicet pro nihilo duceret, ideſt laborem honeſtum pecuniæ
Exod. 14. præponeret. Vos igitur confidite, me habetis ducem, me inſpectorem, me coronatum largitorem, durate
vos met, rebuſque ſeruate ſecundis. Labor improbus omnia vincit, dominus pugnabit pro vobis, &
vos tacebitis.

Caput

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Caput. xvi. Orat filius patrem iuxta quod homo eſt. Hæc eſt autem vita æterna vt cognoſcant te verum & ſolum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ego te clarificaui ſuper terram & cætera.

HAec loquutus eſt Ieſus, & ſubleuatis oculis in cælum, dixit. Pater Ioan. 17.
venit hora, clarifica filium tuum, vt & filius tuus clarificet te, ſicut
dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt omne quod dediſti ei, det
eis vitam æternam. Sicut ex præcedenti vltima oſtenditur clauſula, hanc com-
mendauit cauſam huius ſui ſermonis tam admirabilis & maximi & optimi, vt ſui
A in illo pacem haberent, propter quod totum agitur, ꝙ Chriſtiani ſumus. Hac pa- Auguſt.
ce in preſſuris omnibus conſolamur, hac a preſſuris liberamur, propter hanc om- Pſal. 4.
nem tribulationem fortiter ſuſtinemus, vt in hac fœliciter ſine vlla contradictione Ephe. 2.
in pace in id ipſum requieſcamus. Cum ergo dixiſſet propter quid omnia ſit loqu
tus, vt in illo videlicet pacem haberent, ipſe eſt enim pax noſtra Ieſus Chriſtus, ad patrem verba ſua con-
uertit, dicens. Pater venit hora. Cum igitur ait, venit hora, oſtendit, omne tempus & quid quando fa-
ceret vel fieri fineret, ab illo eſſe diſpoſitum, qui tempori ſubditus non eſt, quoniam quæ futura erant per
ſingula tempora, in Dei ſapientia cauſas efficientes habent, in qua nulla ſunt tempora. Venit ergo hora Gene. 22.
qua verus Iſaac impoſitis lignis ducatur in montem, ſed hanc horam iſ[?]e præfixit, qui ait: Tolle filium
tuum. Clarificatus eſt autem filius Dei cum in vita tum & in morte & in ſua reſurrectione & conſeſſu
ad dexteram patris, de quo dictum eſt Ioan. 12. ibi: venit hora vt clarificetur filius hominis. Item Ioan. 13.
ibi: Nunc clarificatus eſt, & cætera. Vt filius tuus clarificet te. Filium Dei clarificatum dicimus iuxta for-
B mam ſeruilem in qua crucifixus eſt, propter quod & deus pater clarificauit eum, quod de patre nullo mo-
do dici poteſt, cuius ſempiterna claritas nec augeri poteſt nec diminui. Id quidem verum eſt in ſe ipſa, ſed Phil. 2.
apud homines valde diminuta erat, quando in Iudæa tantum notus erat deus. Sed ſonante tuba euan- Pſal. 75.
gelica per totum orbem, exaltata eſt gloria patris & filij & ſpiritusſ. Omnium enim apoſtolorum vox illa 2. Cor. 2.
eſt, Chriſti bonus odor ſumus in omni loco, quattuor illis animalibus pennatis & oculatis (ſequendo
impetum ſpiritus ſancti) portantibus hunc bonum odorem per quattuor mundi climata. Vas inquit ele-
ctiſſimum eſt mihi iſte, vt portet nomen meum, & cætera. Act. cap. 9. Quomodo ergo clarificet filius
patrem, ſequitur. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis. Omnis carnis nomine omnis homo ſignificatur,
Sicut Lucæ. 3. Dicitur, videbit omnis caro, & cætera. Paulus autem omnis inquit anima poteſtatis ſubli-
mioribus ſubdita ſit, Rom. 13. Accepit aut Chriſtus dominus hanc poteſtatem iuxta quod homo eſt, alias Ioan. 1.
omnia per ipſum facta ſunt. Accepit autem hanc poteſtatem vt det vitam æternam omnibus qui per fidē
C inſerti fuerint corpori ſuo quod eſt in cælo partim, & partim in terra, cuius ipſe eſt caput. Omnibus inquit, Ioan. 1.
qui non ex ſanguinibus nec ex voluntate carnis neque ex voluntate viri ſed ex Deo nati ſunt. Quomodo
ex Deo? Aqua & ſpiritu ſancto. Ioan. 3. Nec refert Iudæi ſint an Barbari an ex quauis natione quæ ſub
cælo eſt, omnes acceperunt, per fidem vnius mediatoris Dei & hominum poteſt vt filij Dei nominentur 1. Ioan. 5.
& ſint, vt omnes accipiant denarium vitæ æternæ. Hæc eſt autem vita æterna vt te & quem Matth. 20.
miſiſti Ieſum Chriſtum cognoſcant ſolum verum deum. Quod autem dominus non memi-
nit ſpiritusſ, non refert, quicquid de patre dictum eſt, de ſpiritu ſancto dictum puta quoad eſſentialia: Nā
alias dixit: De die autem illo nemo ſcit neque filius, niſi pater ſolus. Matth. 24. Marci 13. & tamen dictum
ſt de ſpiritu. ſ. docebit vos omnem veritatem. Ioan. 16. Itaque cum veritas pateat, non magnopere digla-
diandum eſt de verbis & regulis dialecticis, qua quæritur vtrum iſta propoſitio ſit vera, tantum pater eſt
deus, ſolus pater eſt deus, Reſpondetur. Quicquid ſophiſtæ cauillentur, de propoſitione, pater & filius &
D ſpiritusſ. ſunt vnus deus, hæc eſt fides catholica. Cæterū ſi cognitio Dei eſt vita æterna tanto magis viuere Hierony.
tendimus, quanto in cognitione Dei proficimus. Nā iuxta Hierony. abſq; notitia ſui creatoris omnis ho- Hilarius.
mo pecus eſt. Ad hæc, Hilarius. Cūm poſt multā inſcius noctē, poſt ambiguam humanarū ſententiarū in-
certamq; doctrinā, poſt diuerſarū religionum variā opinionem, cum diu erratum quæſitumq; de Deo ſit,
an vnus vel plures, & ſexus vnius vel duplicis, & poteſtatis an æqualis an diſparis, & ætatis an vnifor-
mis an variæ, & naturæ an innaſcibilis omniū an aliquorū aliquādo generatæ, poſterioribus temporibus
cū aliquibus magna ętate & lōgo labore certatū eſt, dicētibus, aut nullos eſſe deos, aut a cura vitę huma-
nę ab eſſe. Iā porro a pleriſq; & illud tractatū eſt, nū ſol aſtraq; cætera dij ſint, a quibuſdā autē diffinitum,
mundū ipſum in ęternitate ſpeciei huius ac mutationū manētem cū omnibus ſuis quæ ex ſe ferat, deū eſſe.
Pleriq; vero ignē vel aquā vel vētū diuino nomine atq; honore donauerūt. Alij quoq; ligna (Eſai. 40.) &
E lapides ſub ſpecie hoīum volucrū, ferarū, Eze. 8. talparū & veſpertilionū. Eſai. 2. adorauerūt. Poſtremo igi Sapien. 13.
tur cōfeſſis oībus deſtitutiſq; ſtudijs, cū pleriq; eorū maximeq; prudētes vnū hoc ſe ſcire. ſ. nihil horū homi
nē ſcire docuiſſent, ad ſe cōuerſus propheta inquit, Si a magnitudine & pulchritudine & ordine & diuerſi-
tate & vtilitate creaturę creator cognoſci poteſt, verū ſit an non ſit, an vnus an plures, æternus an cū tem-
pore natus, quid opus eſt poſt greges abire iſtorum ſapientiū cæcorum ducū, qui hoc vnū fatentur ſe ſcire,
videlicet ꝙ neſciunt? Quin potius audiamus deum verū, genitum non factū cōſubſtantialē patri, per quē
omnia condita ſunt, de Deo vero ſuā ſententiā proferentē. Hæc eſt inquit vita ęterna, vt te & quē miſiſti
Ieſum Chriſtū agnoſcāt ſolū verū deum, & agnitū diligant ſuper omnia. De hac ꝓpoſitione vide doctorē
noſtrū in. 4. diſt. 49. q. 2. in ſolutione primi argumēti cōtra. S. Thomā. Sētētia ei⁹ eſt, ꝙ vita ęterna & btā
eſt cognoſcere deū verū, & agnitū amare. Cognoſcere aūt deū vita ęterna eſt, ſi actus ſit ęternus, nō autē

 ſequitur,

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ſequitur, eſt vita æterna, ergo vita beata. Quod autem dicit Auguſtinus. 1. de trinitate, ꝙ viſio eſt tota mer
August. ces hominis intelligentiæ, dicitur quod tota merces eſt, ſed non ſumma mercestotius hominis. Cæterum
cum dicit, cognoſcant te ſolum, multitudinem deorum excludit. Cum dicit verum, multos falſos excludit
Plato. qui dij putati ſunt. Ad hæc Plato. Quæ de deorum immortalium ſimulachris numma ſtatuit quam ſimilia
Pythago. ſunt prorſus Pythagoræ documentis. Nam primum principium ille neque ſenſui nec turbationi ſubiectū,
ſed mentem inuiſibilem & increatam eſſe cenſuit. Numma autem Romanos prohibuit exiſtimare, ima-
Numma. ginem Dei aut hominis ſpeciem aut animal habere formam. Neque fuit apud eos nec ficta nec picta Dei
prius ſpecies. Sed in prioribus. 170. annis, templa quidem ædificabant ſacraque tuguria erigebant, ſimu-
lacrum vero nullum corporeum faciebant, perinde atque ne fas eſſet deterioribus meliora aſsimilare, ne-
que aliter atque intelligentia percipi deus poſsit. Nunc autem eo ſtulticiæ ventum eſt, vt ipſi febri, & deæ
cloacinæ ſacella erecta ſint. Val. Max. lib. 2. cap. primo. Et cæteros quidem deos ad benefaciendum vene- F
rabantur: Febrem autem ad minus nocendum templis colebant, quorum adhuc vnum in palatio, alte-
rum in area Marianorum monumentorum, tertium in ſumma parte vici longi extat. In eaque remedia
quæ corporibus ægrorum adnexa fuerant deferebantur. Eſt autem id mirabile in oculis meis. Febrem deā
Plinius. colere quæ benefacere neſcit, verum autem male, video. Plinius. Matrimonia quidem inter deos credi, tā-
toque euo ex his neminem naſci, & alios eſſe grandæuos ſemperq; canos, alios iuuenes atque pueros, atri
coloris, aligeros, claudos, & alternis diebus viuentes morienteſque, puerilium prope deliramentorum eſt.
Sed ſuper omnem impudentiam adulteria inter ipſos fingi, mox iurgia & odia: atque etiam eſſe & ſcele-
rum numina qualis dea Laurina [illegible] venus. Inter tot potenta deorum inuenit ipſa mortalitas numen, quo
Fortuna. minus etiam plena de Deo conſ[illegible]tura eſſet, totoque mundo & locis omnibus omnibuſque horis ho-
minum vocibus fortuna ſola in[illegible]uocatur, vna accuſatur, ſola laudatur, ſola arguitur, & cum conuitijs
colitur, volubiliſque, a pleriſque vero & cæca exiſtimata, vaga & inconſtans incerta, varia, indignorum- G
que fautrix. Huic omnia expenſa, omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium ſola vtramq; pa-
ginam facit. Pars alta hanc pellis, aſtroque ſuo euentus aſsignat. Hæc ille. Merito igitur dominus Ieſum
patrem ſuum orat vt tot excluſis erroribus, eum ſolum nouerint, qui ſolus eſt deus. Ad hæc Lactantius. Si
quæras quomodo aliqui homines dij crediti ſunt? Nimirum quia reges maximi ac potentiſsimi fuerunt, ob
merita ſuarum virtutum, aut munerum, aut artium repertarum, cum chari fuiſſent ijs quibus imperitaue-
rant, in memoriam ſunt conſecrati. Igitur homines rudes ſiue ob virtutis miraculum, quæ ſemper rara fuit,
homines deos vocare cœperunt, ſiue vt fieri ſolet in adulationem præſentis potentiæ. Actu. cap. 12. Deinde
ipſi Reges cum chari fuiſſent ijs quorum vitam compoſuerunt, magnum ſui deſiderium mortui reliquerunt,
Itaque homines eorum ſimulacra finxerunt, vt haberent aliquod ex imaginum contemplatione ſo-
latium. Progreſsique longius per amorem, memoriam defunctorum colere cœperunt, vt & gratiam re- H
ferre bene meritis viderentur, & ſucceſſores eorum allicerent, ad bene imperandi cupiditatem. Hæc ille.
Cum autem dicit, deum, nomen proprium aſsignauit vnius & veri Dei. Namque cæteri qui dicun-
tur dij, non ſimpliciter dij vocantur, ſed cum nominis proprij adiectione vt deus Iupiter, Mars, Apollo,
Vulcanus, Mercurius, &c. At qui ſolus eſt, verus eſt, deus natura eſt, non habet nomen, vocatur autem
deus, pater, filius, ſpiritusſ. cuius nomen eſt, ſum qui ſum. De quo alias. Exo. 3. Stoici iuxta Plutarch. Nu-
minis eſſentiam hoc modo diffiniunt, Ignitum ſpiritum (deus ignis conſumens) intelligentiæ participem
Deuter. 4. formam nullam habentem, in quacunque vero velit ſe vertentem, omniaque aſsimulantem. Sequitur. O-
mnis autem via noſcendi deum ſeptuplex eſt. Prima ab ijs quæ ſupra viſuntur ducitur, ſole luna & aſtris
cæteris, quæ veluti ratas diei noctisq; vices peragunt, hyemisq; & æſtatis, ortusq; & occaſus ſigna ſunt,
eodem ſemper tenore currentes. 2. Eorum quæ ex terra animantur, in fruges ve enaſcuntur. Tertia a perpe
tuo ordine rerum, qui ſine Dei prouidentia non poſſet conſiſtere. Quarta ab vltione repentina impiorū. I
Quinta ab exaltatione bonorū, Sexta per fidem, de qua dicitur, hæc eſt vita æterna inchoatiue vt cogno-
ſcant te per conſpicillium fidei, ſicut dicit Paulus, videmus per ſpeculum, ſiquidem ſpecula duo conſpicil-
1. Cor. 13. lium conſtituunt. Septima per viſionem Dei ſicuti eſt. Ad hæc Ambro. Super illud Actu. 14. Et quidē non
Ambroſi9 ſine teſtimonio ſeipſum reliquit. Quod eſt autem hoc teſtimoniū quod ſemper domino deſeruiuit, & nun-
quā de eius bonitate ac poteſtate conticuit? Niſi ipſa totius mundi inenarrabilis pulchritudo, & inenarrabi-
lium beneficiorum eius diues & ordinata largitio? Per quæ humanis cordibus quædam æternæ legis ta-
bulæ præbebantur, vt in paginis elementorum ac voluminibus temporum communis & publica diuinæ
inſtitutionis doctrina legeretur. Cœli enim enarrant gloriam Dei. Pſal. 18. Quem noſſe vita eſt æterna,
noſſe autem diligere & frui vita beata. Ego te clarificaui ſuper terram, opus conſummaui
quod dediſti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud te metipſum, clari- K
Ambroſi9 tate quam habui apud te. Priuſquam mundus fieret. Ambroſi. Opinionem de te hominibus
huiuſmodi infudi, vt cognoſcant te verum deum, & tu hanc de me illis confirma (opinionem pro fide di-
xit) fidem, vt credant me tuum filium, & deum verum. Dicit autem opus conſummaui, cum exceſſum il-
Luca. 9. lum de quo colloquebantur Moſes & Helias, nec dum conſummare cœpiſſet, quia eum breui conſumma-
Ioan. 17. turum ſe certiſsime nouerat, & ſequenti die dicturus erat, conſummatum eſt. Conſumarat tamen iam o-
pus prædicationis ſuæ, a victoria enim crucis non legimus prædicaſſe dominum Chriſtum. Et nunc clari-
fica me tu pater apud te met ipſum, Dixerat ſuperius hanc eam ſententiam, ſed inuerſo ordine. Pater cla-
rifica filiū, vt filius clarificet te principio ca. huius. Quia reuera & in patre clarificat filius, & gloria patris
eſt filius ſapiens. Quid eſt autem, claritate quam habui apud te? August. Ita exponit hunc locum, clarifica
August. me tu pater, tanq; diceret, Claritatem quam habui apud te in

prædeſti-

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

prædeſtinatione tua iam tempus eſt, vt apud te habeam etiam viuens in dextera tua. Poteſt hic eſſe ſen-
ſus. Effice pater, vt intelligant omnes credentes, eum qui in forma ſerui pependit in ligno, eundem eſſe per
quem omnia condita ſunt, & cætera gubernantur. Effice vt meum agnoſcant deum, quem tanquam ſcelera-
tum inter iniquos pendere viderunt, & deriſerunt. **Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos**
**dediſti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dediſti. & ſermonem tuum ſeruauerũt.**
**Nunc cognouerunt ꝙ omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt, quia verba quæ dediſti mi-**
**hi, dedi eis, & ipſi acceperunt, & cognouerunt vere, ꝙ a te exiui, & crediderunt, ꝙ tu**
**me miſiſti.** Qui ſunt iſti homines qui olim de mundo erant, ac proinde immundi & communes, nunc au-
tem populus Dei, domeſtici Dei & ciues cæli, & membra corporis Chriſti, ex viſione illa oſtenſa Petro in- Actu.10.
A ter orandum plane dignoſcitur. De hoc Paulus. Dico Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe Iudæorum, &c.
Rom.15. In hoc igitur miniſterio prædicationis ſuæ, quo totam Iudæam euangelico ſemine repleuit, mul-
tos ad ſe attraxit de mundo, trahente eos patre ad rete Chriſti vnigeniti ſui. Tui inquit erant, licet inte- Ioan.6.
rim in aquis ſalſis maris huius verſarentur, aut velut onagri in deſerto, & mihi eos dediſti formandos & Iob.39.
regenerandos. Quid enim habet filius iuxta ꝙ habitu inuentus eſt homo, ꝙ non acceperit a patre? Et ſer-
monem tuum ſeruauerunt. Quem ſermonẽ? Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite. Matth.17. Credide-
runt igitur doctrinæ traditæ in euangelio, quæ non eſt magis patris quam filii, ſicut alias dixit, mea doctrina
non eſt mea. Ioan.7. Cognouerunt autem & illud, ꝙ ſicut omnia quæ docui verba tua ſunt, ita & omnia
quæ operatus ſum, te cooperante peregi. Cognouerunt & illud, ꝙ a te exiui, iuxta ꝙ in principio erã deus
apud deum. Hoc eſt cognouerunt vnitatem eſſentiæ cum diſtinctione perſonali, cognouerunt tamen ex-
parte, id eſt per fidem, de quo iam ſemel & ſecundo dubitauimus, & crediderunt ꝙ tu me miſiſti dicens, va- Gene.37.
de & vide ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos & pecora, & renuntia mihi quid agatur. **Ego pro eis**
B **rogo, non pro mũdo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Et mea omnia**
**tua ſunt, & tua mea ſunt, & clarificatus ſum in eis.** Orat igitur filius patrẽ iuxta ꝙ minutus eſt Pſal.8.
paululum adeo, vt perficiat quod cœpit, vt iuſtificet quos vocauit, & quos iuſtificauit glorificet, & ſi in 3.Reg.8.
terra ceciderint ſepties (non eſt enim homo qui non peccet) ſupponat manũ ſuam, ne collidantur. Pſal.36. Matth.26.
Quærendum eſt autem qui ſint homines illi, quibus melius fuiſſet, ſi nati non eſſent, qui & mundi nomine 1.Tim.2.
ſignificantur, quos orationis ſuæ participes eſſe non vult, qui tamen vult omnes homines ad agnitionem Matth.7.
veritatis venire? Nempe illi qui obſiſtunt euangelio, & oblatrant, conculcantes margaritas, & velut canes Actu.22.
lymphatici lacerant doctrinã euangelicam, & iactantes puluerem in aera, & vociferantes, abiectis veſti- Actu.17.
mentis, dicunt, tolle de terra huiuſmodi nebulones & impoſtores, verborum ſatores, & nouorum dæmo- Hierony.
niorum annuntiatores, haud enim fas eſt eos viuere. Ad hæc Hieronymus. Quod ſi de mundo nõ ſumus,
quid in aliena ſatagimus? Quid ergo multa turbamur? Luc.10. Nemo in extranea patria plus appetit poſ-
ſidere, quam in ſua. De his potius curãdum eſt, quæ nobiſcum ferre poſſimus. Quod autem dicit, mea omnia
C tua ſunt, &c. iuxta illud loquitur, ꝙ pater & filius vnum ſunt. Cuius enim ſunt, niſi eius per quem condi-
ta ſunt? Quod autem dicit, & clarificatus ſum in eis, perinde valet, & clarificabor in eis, quando repleti
ſpiritu ſancto, implebunt præceptum illud, euntes in orbem vniuerſum, prædicate euangelium omni crea-
turæ, clarificatur item dominus in morte iuſtorum. Mors enim ſanctorum martyrum ideo præcioſa dicitur, Marci.16.
quia teſtificatur de morte Chriſti, forſitan enim pro hoc bono & iuſto, quis ſuſtineat mori Ro.5. **Et iam**
**non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt, & ego ad te venio.** Iuxta formam ſerui tam ille quam a-
poſtoli, erant in mundo. Iuxta humanos affectus & conuerſationem terrenam, illi aliquando in mundo
erant, in præſentiarum autem non erant. Dominus Chriſtus hoc modo eſſendi in mundo nunquam fuit, qui
peccatum non fecit, ſerpens in eo nulla veſtigia impreſſit. Prouer.30. Princeps ſeculi huius nihil in eo ſui
inuenit. Ioan.14. Senſus eſt igitur, ꝙ Chriſtus dominus cito ablaturus erat ab eis præſentiam corpo-
D ralem aſcenſurus ad patrem, apoſtoli autem ad propagationem populi Chriſtiani, diu ſeruãdos in hoc ſe- Eſai.60.
culo, quorum tamen conuerſatio cæleſtis erat, & maxime poſt aduentum ſpiritus ſ. iuxta illud, qui
ſunt iſti qui vt nubes volant, & velut columbæ.

Caput.xvij. Continuatur oratio domini enim Ieſu Chriſti, vſque in finem
capitis,17. Ioannis euangeliſtæ. Vide textum.

**PAter ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnũ**
**ſicut & nos. Cum eſſem cum eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo.**
**Quos dediſti mihi ego cuſtodiui, & nemo ex eis periit, niſi filius**
**perditionis, vt ſcriptura impleatur.** Quod filius orat patrem, oſtendit ꝙ ve-
E rus homo ſit. Quod autem dicit, vt ſint vnũ ſicut & nos, oſtendit ꝙ ſit & deus, eiuſ- Actu.4.
dem eſſentiæ cum patre. Hac oratione factũ eſt, vt iuxta quod refert Lucas in actis, Chryſoſt.
multitudinis credentium eſſet vnum cor, anima eadẽ, & concors voluntas. Chryſo.
Nihil certe concordiæ & mutuæ voluntati æqui parandum. Vnus enim multiplex
eſt, Briaræus eſt. Si enim concordes ſunt duo vel decẽ, nõ amplius erit vnus, ſed qui-
libet illorum fit decuplum, & inuenies in decem vnum, & in vno decem. Et ſi inimicum habeat qui v-
num aggreditur, decem ſciat ſe aggredi. Vnum dicenti cuidam, habeo multos gladios, reſponſum eſt,
& ego multos amicos. Vnde illud. Nos ſerui tui recenſuimus numerum pugnatorum quos habui- Num.31.
mus ſub manu noſtra (duodecim milia) & ne vnuſquidem defuit. Origenes. Magnum eſt & mirabile, Origenes



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ꝙ nullus diſſentire dicitur ex millibus duodecim, qui egreſsi ſunt ad pugnam. Vere enim niſi talis fueris ꝙ
in nullo diſſentias a mandatis Dei, non potes vincere. In eo enim iam victus es, in quo diſſentis. Cæte-
Rom. 8. rum rata auis eſt illa, quæ dicere poteſt cum apoſtolo, ſcio ꝙ nulla creatura poterit ſeparare me a charita-
te Chriſti Ieſu. Et obſerua ꝙ olim apud Romanos qui ſacra facturus erat, rem ſe ante omnia fatebatur,
Sacerdot. Tenebrarum enim rectores etiam a mundi cordibus volebant ſibi ſacrificari, & his impoſturis dementa-
Hierony. bant animos infidelium. Orat igitur dominus, vt illi quos accepit a patre ſacra doctrina imbuendos &
moribus, ſint vnum, & eodem ſenſu eademque ſententia repugnantia inter ſe vicia deſerentes, vnam ap-
prehendant ſolamque veritatem. Neque enim vicia & perturbationes inuicem ſe ſequuntur, quod de vir-
tutibus dicitur, in quibus nec hyperbaſis ſunt, neque ellipſis, ideſt nec plus nec minus, ſed omnia tempe-
rata. In vitijs vniuerſa contraria ſunt, vt pauor audatiæ, impietati ſuperſtitio, parcitati. Cum eſſem cum
eis, ego ſeruabam eos. Et quis rogo eos ſeruabat, domino abſente iuxta formam ſeruilem, niſi is qui non P
Pſal 120. dormitabit neque dormiet & cuſtodit Iſrael: Non ergo hoc ita carnaliter debemus accipere, velut viciſsim
Auguſt. nos ſeruent pater & filius, amborum in nobis cuſtodiendis alternante cuſtodia. Quis enim ita deſipiat
Cuſtodia noſtra eſt pater, filius & ſpiritus ſanctus: Nempe tres ciuitates refugij tertio replicatæ in ſcriptu-
ra, videlicet. Num. 35. Deuterono. 19 Ioſue cap 20. Intelligamus ergo, quod quando ſcriptura ſic loquitur,
perſonas diſtinguit, non autem ſeparat naturas. Sæpe dictum eſt opera beatiſsimæ trinitatis inſeparabi-
lia eſſe circa omnem creaturam. Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui, nam alias filioli ecce Satanas experi-
Hiere 50. uit vos, vt cribaret, vt concuteret & caſſaret, ipſe eſt enim malleus vniuerſæ terræ, ego autem rogaui pro
vobis, vt non deficiat fides veſtra. Lucæ. 22. Et nemo ex eis perijt niſi filius perditus. Perijt autem volens
Matth. 26. & ſciens. Ipſe enim abijt ad principes ſacerdotum, dicens, quid vultis mihi dare. Ruſus volens perijt. Quis
enim eum adegit ad laqueum? ludens & ſciens perijt. Potuit enim currere ad lachrymas, ſed quoniam
Pſal. 108. noluit benedictionem, longe facta eſt ab eo. Melius illi erat natum non eſſe. Quod autem dicit, vt im- Q
Matth. 26. pleatur ſcriptura, ly vt, conſequutiue tenetur. Eſt autem ſcripta hæc, illa de qua Ioan. 13. qui manducat pa-
nem meum, leuabit contra me calcaneum. Nunc autem ad te venio & hæc loquor in mundo,
vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Iam diximus in præcedentibus quomo-
do dominus Chriſtus erat in mundo, & quomodo non erat in mundo. Eſt autem gaudium ſuum quod
optat vt impleatur in ſuis, vt ſicut ipſi ſuo modo vnum, ſicut pater & filius & ſpiritus ſ. vnum ſunt. Hæc
eſt pax illa & beatitudo in futuro ſæculo, propter quam conſequendam perſtandum eſt ſuper cuſtodiam
noſtram, Hab. 2. Et viuendum eſt temperanter iuſte & pie in hoc ſæculo; Tim. 2. Præbenda altera maxil-
la, moriendum ſæculo, & tollenda crux cotidie, & remittendum fratribus de corde (de corde) vſque ſe-
Matth. 18. ptuagies ſepties Lucæ. 9 qui poteſt capere capiat. Sequitur. Ego dedi eis ſermonem tuum, &
mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. R
Quod dicit, mundus eos odio habuit, præteritum poſuit pro futuro. Non dum enim id experti fuerant paſ-
ſionibus ſuis, quæ illos poſtea ſunt ſequutæ, vt ſynagogis interdicerentur futuri odio omnibus propter no-
men Chriſti, & tantis preſsi malis, vt dicerent cum Paulo, vere tædebat nos vitæ. Vide 2. Corin. 1. capite,
Vt dicerent cum Helia. Obſecro domine tolle animam meam: neque enim ego melior ſum ꝙ patres mei,
3. Reg. 19. Quod autem dicit, non ſunt de mundo, electione Dei factum eſt, vt cum eſſent oleaſtri, inſere-
rentur in bonam oliuam, dominum Ieſum Chriſtum, & cum eſſent natura filij iræ, regeneratione ſacra-
Rom. 11. mentorum fierent principes populorum, dicente domino ſingulis eorum, non vocabitur vltra nomen tuū
Ephe. 2. Abram, ſed appellabitis Abraam, quia patrem multarum gentium conſtitui te. Gene. 18. Quod autem di-
cit, ſicut ego non ſum de mundo, vere non erat de mundo, per quem mundus conditus eſt. Sed & iuxta
formam ſerui, nouo quodam & mirabili modo mundum eſt ingreſſus, dicente propheta, creauit dominus
nouum ſuper terram, virum quendam, qui non magis veſtigia impreſsit in mundo ꝙ nauis in mari, aut
aquila volans per aera: Prouerb. 30. Sequitur. Non rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues
eos a malo. Malo illo de quo dicitur, libera nos a malo, non a tribulationibus quibus paratur corona.
Vnde illud Pauli ad Philip. 1. Deſiderium quidem habeo abſolui a vinculis corporis huius & eſſe cū Chriſto. Attamen quia cha-
ritas ſyncera & vera non quærit quæ ſua ſunt (o verbum Paulo dignum) permanere in carne neceſſariū
eſt propter vos. Hoc idē dictū puta de viris iſtis beatis, qui cū eſſent paruuli in oculis ſuis. 1. Reg. 15. Capita
in tribubus Iſrael facti ſunt. Vere enim paruuli erant in oculis omniū. Qui enim erant patres eorū. Re. 10.
Prouerbiū Filij erant terræ iuxta prouerbium, & facti ſunt pupillæ oculorū domini noſtri Ieſu Chriſti, Zach. 2. iſti
ſunt duodecim ſtellæ coronæ. S. matris eccleſiæ, & lapides. 12. In rationali magni ſacerdotis, quos in pectore geſtat & in corde, quorū doctrina fulget eccleſia vt ſol & luna. Quia non ſunt de mundo. De mundo
erant ſed precepto Dei ſublati ſunt de medio alueo Iordanis, Ioſue. 4. & trāſlati de morte ad vitam, ſan-
ctificati, iuſtificati, & abluti manibus Chriſti. 1. Cor. 4. Vocantur autem lapides duriſsimi, propter malo-
rum tolerentiam. Alioqui de ſitis lapidibus produxit dominus mel ſuauiſsimum & oleum, luxerunt enim
vita, luxerunt & doctrina. Rogat igitur vt bonus paſtor pro ſodalibus ſuis, & ſeruentur ab incurſu lupo-
Deuter. 32. circumeunt terram, quia & ipſi futuri erant paſtores ouium Chriſti. Vnde illud, Actu. 20. Scio ꝙ poſt
Alexander ſceſſum meum venturi ſunt lupi rapaces, non parcētes gregi. Alexāder donec aut acies inſtrueret, aut mi-
lites adhortaretur, aut concionem haberet, aut luſtrans ob equitaret, vt bucephalo partius vteretur, illum
ſumebat equum, quomodo in ætate iam grandior erat. Iſti autem quibus ducibus noſter Gedeon expu-
gnaturus erat orbem non armis ſed lagenis ſed tubis ſed lampadibus: Iudi. 7. Hoc eſt vita doctrina &
miraculis, adhuc pulli erant, volatus in expertes, ac proinde impares tot congreſsibus eius, qui factus
eſt vt

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

eſt vt nullum timeret, Seruantur igitur interim donec grandeſcant. ſub vmbra alarum Dei. Refert autem
Oneſicritus de Bucephalo illo, q. 30. annos nactus, moribundus iacuit, cuius mortem acerrime indoluit A- Iob 41.
lexander, amicum quendam ac familiarem amiſiſſe ſe exiſtimans, ſuper eo penes hydaſpem conditam vr- Alexander.
bem, Bucephaleam appellauit. Cane etiam perta nomine a ſe nutrito (quo plurimum delectabatur) amiſ-
ſo, vrbem ſui nominis ædificauit. Quod ſi Alexander tanti æſtimauit vitrum, quanti Chriſtus dominus
has magaritas, qui pupillæ erant oculorum ſuorum? Cæterum ſicut dicit Aratus, non ſunt huiuſmodi pr- Aratus.
mia regiæ amicitiæ, a malo ſeruare, ſed ad mortem compellere, eo tamen addito, vt quam velint eligant.
Sequitur. Sanctifica eos in veritate. Si enim dixerimus, peccatum non habemus, veritas in nobis nō
eſt. 1. Ioan. 1. Phariſæi ſumus, dicamus licet, non ſumus ſicut cæteri. Lucæ, 18. Vnde illud. Omnem qui fert
A fructum purgat agricola, vt vberiores afferat fructus. Sanctifica eos in veritate, & enim eſt charitas quæ Ioan. 15.
vocatur ab apoſtolo ficta. Eſt & iuſticia eorum qui vocantur ſepulchra dealbata. Matth. 23. Illa autem 2. Cor. 6.
eſt vera ſanctificatio, de qua Paulus, glorificatio noſtra teſtimonium eſt conſcientiæ noſtræ. 2. Cor. 1. San-
ctifica eos igitur in veritate, non radicitus euellas, ſed purga, Qua falcet Sermo tuus veritas eſt. Vn-
de ſermo ille ex ore veritatis, iam vos mundi eſtis. Propter ſermonem quem loquutus vobis. Ioan, 15. Sicut
enim ſermone Chriſti ſanabantur ægrotantes, ita & per fidem adhibitam doctrinæ Chriſti iuſtificabantur
credentes, corde enim creditur ad iuſticiam, ideſt ad primam gratiam infundēdam, qua iuſtificatur homo.
Sicut tu me miſiſti in mundum: ita & ego miſi eos in mundum: & pro eis ego ſancti-
fico me ipſum: vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Quod dominus Ieſus miſſus ſit a patre in
mundum, qui in mundo erat, vt ouem centenariam requireret, regnum cœlorum prædicaret, peccata do-
naret, ægrotos ſanaret, principem huius mundi foras expelleret, ſacramenta inſtitueret, legem Moſaicam
abrogaret, mortem obiret pro veritate tuēda iam in ſuperioribus dictum eſt, ad quorum multa miſſi ſunt
B apoſtoli ſicut oues in medio luporum, Et pro eis inquit ſanctifico meipſum. Quomodo ſanctificatur, qui Matth. 10.
de ſpiritu ſancto conceptus eſt, & in quo princeps mundi arguis licet, nihil inuenit? Cum inquit fructum
plurimum attuliſſet in vite, purgatur paſſionis falce flagellis, cruce, colaphis & contumelijs, felle, ſpinea
corona & clauis, vt fructificaretur adhuc pro nobis, ideſt vt nos ſanctificaret in ſeipſo, qui ſumus membra
eius, vnde dicit, vt ſint ipſi ſanctificati in veritate, ideſt in charitate nō ficta. Dicit autem in veritate, quia
ſanctificatio quæ in lege fiebat non erat vera in veritate, ſed iuxta carnem tantum, quam Paulus vocat
ſanctum mundanum vel ſæculare. Hebr. 9. Hoſtiæ inquit illę non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum
facere ſeruientem, ſolummodo in cibis & in potibus & in varijs baptiſmatibus & iuſticijs carnis vſque
ad tempus correctionis impoſitis. Bene ergo dixit, ſanctificati in veritate. Euangelium enim vocatur tem-
pus correctionis, quia correxit iuſticiam legis, transferens iuſtificationem a carne ad ſpiritum. Non pro
eis autem rogo tantum, ſed pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt o-
C mnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint: vt cre-
dat mundus q tu me miſiſti. De his igitur qui credituri erāt in Chriſtum per verbum apoſtolorum,
ſcriptum eſt in myſterio, & qui præibant, & qui ſequebantur, clamabant, Oſianna in excelſis. Matth. 21.
Vnde & illud. Num vnam benedictionem tantum habes pater? Et mihi obſecro vt benedicas. Gene. 27.
Et rurſus. In ſemine tuo benedicentur multi de omnibus gentibus, Intereſt autem, q licet vtriq; benedicti Gene. 22.
ſint a domino, per crucem Chriſti cancellatis manibus, gentes tranſierunt a leua in dexteram. Vnde & il- Gene. 48.
lud. Populus tuus populus meus, & deus tuus, deus meus. Ruth. 1. Non tamen rogat dominus pro omni-
bus qui audituri ſunt euangelij prædicationem, quia non omnes obediunt euangelio iuxta Paulum.
Rom. 10. Vt omnes inquit vnum ſint corpus, cuius ego ſum caput. Sicut tu pater in me & ego in te, ſicut
palmites in vite. Imitari autem ſummam vnitatem patris ad filium & ſpiritum. ſ. creatura quomodo po-
teſt? Quæ vere nunq in eodem ſtatu in eodem propoſito in eodem velle perſtat, ſed mutatur vt luna,
D imo mutatur vt vmbra. Tamen orat dominus Ieſus vt ſuo modo per amorem liqueſiant, ſicut metalla po
ſita in igne, & in vnum corpus coaleſcant, vt ſit in multis cor vnum & vnum velle, vt dicant ſemper, fiat
pater voluntas tua. Matth. 6. Vnde illud, Viuo iam non ego, viuit vero in me dominus Chriſtus, quaſi di-
cas vna Chriſti anima Chriſti anima informabat duo corpora vnum per realem præſentiam, alterum per
amorem & gratiam. Vt credat mundus q tu me miſiſti. Et mundus hic ipſi ſunt, pro quibus orat dominus Luc. 2.
vt ſint vnum in ſeſe & in domino Ieſu Chriſto. Iungamus hunc textum ſic, Rogo vt omnes vnum ſint,
rogo vt mundus credat q tu me miſiſti, illuminare ſedentes in tenebris & vmbra mortis, miſiſti me redem-
ptionem populo Dei, vt mederer contritis corde. Lucæ. 4. Et ego claritatem quam tu dediſti mi-
hi dedi eis, vt ſint vnum & cognoſcat mundus, q tu me miſiſti: & dilexiſti eos, ſicut Matth. 13.
me dilexiſti. Auguſtinus. Quam claritatem niſi immortalitatem? (Fulgebunt enim iuſti ſicut ſol) Auguſt.
quam natura humana in illo erat acceptura, ille quidem poſt dies tres mortis ſuæ, in quibus granum il- Ioan. 12.
E lud allatum de cœlo (venter tuus ſicut aceruus tritici Canti. 7) ſeminatum eſt, & renatum multo cum
fœnore, manipulis cæteris in terram iacentibus, nos autem iuxta Iob in nouiſſimo die. Cap. 19. Hanc Gene. 37.
igitur claritatem nec ipſe adhuc acceperat, ſed more ſuo propter immobilitatem prædeſtinationis, præte-
riti temporis verbo futura ſignificauit. Quod igitur ille accepit elapſo a morte triduo, iuſti accipient canēte
nouiſſima tuba. 1. Cor. 15. Poteſt intelligi claritas hæc collata apoſtolis, iuxta illud ex actis ca. 5. Per manus
autē apoſtolorū fiebāt ſigna & prodigia multa in plebe. Sequit. Erant vnanimiter oēs in porticu Salomo-
nis. Cæterorū autē nemo audebat ſe cōiungere illis, ſed magnificabat eos populus, &c. Sicut igit claritas
Chriſti in dies creſcebat & fama eius diuulgabat quoquouerſus, ppter miracula & doctrinā cęleſtē cōiun-
ctā vitæ immaculę: ita de apoſtolis intellige, quibus dictū eſt, qui credit in me opera quæ ego facio faciet Ioan. 14.



Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

& maiora his faciet. Et cognoſcat mundus, q; tu me miſiſti, & dilexiſti eos ſicut me, Vnde dixit ſupra, ipſe enim pater amat vos. Nec tamen ideo pares ſumus vnigenito Dei filio, per quem creati & reconciliati ſumus, quia dictum eſt, dilexiſti eos ſicut & me, quia ille natura nos gratia filij ſumus & adoptione, Et tamen pro nobis adoptandis & reconciliandis, vnicum ſuum tradidit. Sic miro & diuino modo & quando
Sapien. 14. nos oderat diligebat (odio eſt enim Deo impius & impietas eius) oderat quod feceramus, & diligebat id
Sapien. 11. quod fecerat. Nihil enim odiſti rerum quæ feciſti. Pater quos dediſti mihi volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam, quam dediſti mihi, quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. Itaque ſi dominus Ieſus eſt pro nobis, quis contra nos? Si deus iuſtifi-
Rom. 8. cat, quis eſt qui condemnet? In magnam reuera ſpem dominus Ieſus ſuos erigit, qua maior omnino eſſe nõ
Auguſt. poſſit. Voluntati enim eius quis aliquando reſtitit & pacem habuit? Iob. 9. Pater inquit volo vt ſint cũ
Canti. 1. capite membra corporis, ſint cum principe amici & filij, ſint oues cum paſtore cubantes in meridie. Cæte- F
Rom. 1. rum quantum attinet ad creaturam in qua factus eſt ex ſemine Dauid iuxta carnem, nec ipſe dominus adhuc erat, vbi futurus erat, ſed eodem modo dixit, vbi ego ſum, quo Ioan. 3. Dixerat Nicodemo, nemo aſcẽdit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis qui eſt in cælo. Hoc de capite. Paulus de membris ita dicit, conſedere nos fecit in cæleſtibus. Ergo & nos iam ſedemus in capite, & ſtamus ac fluctuamus in
Ephe. 2. corpore, donec abſorbeatur quod mortale eſt a gloria, (2. Cor. 5.) In qua inebriabimur ab vbertate domus
Pſal. 35. Dei. Auguſtinus. Vides quæ inundatio & affluentia prædicetur fontis æterni, quam etiam ebrietas quæ-
Auguſt. dam conſequitur? Quo nomine mihi videtur mirabiliter ſignificari obliuio illa ſecularium vanitatum atque phantaſmatum, quando funditus incerebit memoria Amalech, de ſub cælo animæ noſtræ. Ibi igitur
Exo. 17. conſtituti, videmus charitatem domini Ieſu quam accepit a patre, de qua dicitur, ecce cum nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat, &c. Vide textum Dani. cap. 7. Quod autem dicit, quia dilexiſti me ante cõſtitutionem mundi, id & omnibus quod eſt matris commune eſt. Sed non dilecti ſumus velut plaſma & lu- G
Hiere. 18. tum quod habet figulus in manu ſua, & inde formauit vaſa multa cum aurea tum & argentea ſicut placuit in oculis ſuis (quorum e numero Paulus eſt. Actu. 9.) vnigenitus autem Dei filius dilectus eſt tanquã vnicus coæqualis, conſubſtantialis & coæternus, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum amen, deus optimus maximus. Pater iuſte mundus te non cognouit. Ego autem cognoui, & hi cognouerunt, quod tu miſiſti me. Et notum eis feci nomen tuum, & notum faciam, vt dilexiſti me in ipſis ſit, & ego in ipſis. De hoc neſcio quo mundo qui totus poſitus eſt in maligno dixit & Ioannes, & mundus eum non cognouit, & ſui, id eſt ſui eum non receperunt. Non ergo loquitur de toto orbe, qui de euangelio Chriſti nihil audierant, præcipiente domino prædicatoribus ac dicente, in viã
Matth. 10. gentium ne abieritis, ſed ite potius ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Ex his igitur ouibus quoniã maxima pars in canes degenerauerat in lupos & equos inſanientes, audito euãgelio, non cognouerũt: quia H
credere noluerunt. Vnde illud, Væ tibi corozaim, &c. Matth. cap. 11. Si autem intelligas de vniuerſo mundo, tunc poſitum eſt præteritum tempus pro futuro, quod alias bis vel ter factum eſt hoc cap. 17. Ioannis. Ego autem noui te. Nemo enim nouit patrem niſi filius, (Matth. 11.) & cui voluerit filius reuelare, ſicut ſequitur, & hi cognouerunt, q; tu me miſiſti. Et notum eis feci nomen tuum. Non enim vno aut duobus
Luce. 2. locis patris ſui meminit dominus Ieſus, ſed ſæpius, ſicut eſt illud, in domo patris mei oportet me eſſe. Item Ioan. 2. Nolite facere domum patris mei, &c. Item Matth. 6. Pater noſter qui es in cælis. Et per totum euangelium Ioannis continenter. Et ſi inquit apud multos luſi operas meas (feci tamen quod meum erat) quia mundus magna ex parte ſuis vitijs cæcus, agnoſcere noluit, extitit tamen quædam terræ pars, quæ ſuſcepto ſemine, fructum attulit, alia quidem triginta pro vno grano, alia 60. terra autem optima fructũ
Matth. 13. attulit centeſimum, qui numerus in dextera computatur. Iſti ſunt quibus notum fecit dominus nomẽ patris ſui, & per apoſtolos ſuos, notum faciet, quæ enim quis per alium facit, per ſe facere videtur. Vt dilecti ate diligant te, hic viſum per fidem, donec veniat id quod perfectum eſt, quando implebitur illud, tenui
1. Cor. 13. eum nec dimittam. Canti. 3.

Explicitur liber decimus.

## Liber Vndecimus incipitur.

Caput i. Hymno dicto, egreditur dominus cum ſuis vndecim in montem oliuarũ. Aſſumptis tribus ex ſuis, cœpit pauere & tędere, & mœſtus eſſe. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ. De oratiõe trina. De calice trãsferẽdo. De angelo cõfortante dñm, deq; ſudore illo ſanguine decurrẽte ad terram vſq;. K

HAec cum dixiſſet, & hymno dicto. Matth. 26. Exierũt ſecundũ conſuetudinem in montem oliuarum. Lucæ. 22. Trans torrentem cedron Ioan. 18. In prædium cui nomen Gethſemane. Matth. 26. Sequuti ſunt autem eum diſcipuli ſui. Lucæ. 22. Tot igitur tantiſque expletis myſterijs, apoſtoli non Iudaico more ſurrexerunt a menſa, ludere & illudere, & choros duce-
Exo. 32. re in honore vituli comedentis fœnum, ſed paſti menſa cæleſti in vtroque homine Laudem omnium bonorũ cecinerunt autori, aperit manum ſuam, & implet omne
Pſal. 144. animal benedictione. Tu igitur quicunq; ades, vide ne ingratus ſis tanto beneficiorũ cumulo, quo hac ipſa nocte donatus es, quia ingratitudo peremptoria eſt ſalutis, ſicut dictum

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ſicut dictum eſt cuidam ingrato. Non recedet gladius de domo tua in ſempiternum. Itaque hymno dicto,
græco hymniſantes, ſalutato hoſpite, exirunt iuxtã conſuetudinem. ( Non enim infrequens erat locus ille 2.Reg.12.
amœnus & opacus domino & ſuis) in montem oliuarum. Trans torrentem Cedron, in prædium cui no-
men Geth ſemani, id eſt vallis pinguedinum, propter abundantiam oliuarum, quarum ibi erat vt prædi-
citur ingens copia, ex quibus oleum elicitur. Dicit autem hoc loco Faber, ꝙ ly Cedron: non dicitur a Ce- Faber.
dris piciſeris, ſed ab opacitate loci. Eſt enim vox Hebraica, quæ obſcuritatem & metaphoricos triſticiam
ac mœrorem deſignat. Vbicunq; enim inuenitur in teſtamento veteri, cedron Hebraice eſt, cedron. Hebræi
autem cedros non cedron ſed arazaim vocant. 2.Reg 15. Item, 3.Reg.15. Hiere. 31. Legendum autem tou
cedron, non ton cedron. Hæc ille. Verum ſicut dixit alius quidam interpres, articulus additus Ton cedron,
iudicat nomen hoc non eſſe Hebraicum ſed Græcum & Latinum, & opinor torrẽtem ita
A id eſt cedrorum, quemadmodum dictus eſt mons oliuarum. Sequuti ſunt autem eũ
dictum, ꝙ hinc & hinc cedros haberet, 2.Reg.17.
diſcipuli ſui, vt impleretur illud: rex Dauid fugiens filium ſuum Abſalon, tranſgrediebatur torrentem ce-
drorum, & aſcendebat cliuum oliuarum ſcandans & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite. Fu-
giebat autem rex, cedens iræ Dei, dicenti: ecce ego ſuſcitabo ſuper te malũ de domo tua, & cætera. At qui 2.Reg.12.
peccatum non fecit, ſed tollendis omnium peccatis venit, ipſe pergit in locum Geth ſemani, vt occurrat
traditori ſuo. Quod Matthæus vocat geth ſemani Ioãnes vocat hortum, inquem inquit introiuit. Theo- Theophy.
phyl. Id dicit vt oſtendat, ꝙ ſponte ad paſsionem veniat, & laborem minuerit Iudæis ſe quærentibus. Nã
ne fatigarentur, huc & illuc ob ambulantes, quærentes eum, ipſe oblatus eſt manibus eorum, inuenitur e-
nim in horto quaſi in carcere quodam. Dicit autem quidam doctor non contemnendæ autoritatis, ꝙ pe-
rorauerit dominus Ieſus tria capita ex Ioanne videlicet. 15.16.17. In prædio vel horto, tribus coram diſcipu-
lis tantum, a vulſus a reliquis octo, quaſi iactu lapidis, quibus finitis, egreſſus eſt inquit cum tribus ad
octo diſcipulos verſus Hieruſalem trans torrentem re approximans ciuitati, & quaſi vltro occurrens ini-
B micis. Id diſcutiendum alijs relinquo. Caietanus dicit ꝙ illa tria capita dixit dominus a cœnaculo vſq; ad
ripam torrentis cedrorum, & tunc torrentem tranſiuit. Sciebat autem locum qui tradebat eum,
ꝙ illo itabat Ieſus cum diſcipulis ſuis. Ioan. cap. 18. hunc ſolitarium locum lachrymarum amicus
ſuſpirabat propheta dicens. O quis daret mihi pennas ſicut columbæ, & volarem, & requieſcerem, nanq;
in labyrintho ſæculi huius vbi etiam Martha turbatur in multis, Luce. 10. requiem non eſt inuenire, quia
columba extra arcam requiem non inuenit, nec ſaltem vbi ad modicum requieſceret pes eius, Gene. ca. 8.
Sic & Rechabitæ iuxta Hyeronymum, cum demum primam captiuitatem experti ſunt, cum immi- Hierony.
nente rege Nabucodonoſor ciuitati, ipſi relicto deſerto in quo habitare ſoliti erant (Hiere. cap. 35.) Ci-
uitatem ingredi compulſi ſunt Sed & Iacob non in tumultu ciuitatis ſed in monte vidit viſiones illas cæ-
leſtes. Et Moſes tum primum meruit videre viſionem illam magnam, quando minabat gregem ad in- Gene. 28.
teriora deſerti. Et iuxta Chryſoſtomum, conſueuerat dominus Ieſus ibidem frequenter pernoctare in o- Chryſoſt.
C ratione, & docere ſuos de regno Dei. Hunc igitur locum quoniam frequentabat dominus Ieſus, notus e- Exo. 3.
rat ipſi Iudæ. Ibi ergo lupus ouina pelle contectus, & inter oues alto patris familias conſilio toleratus,
didicit vbi ad tempus exiguum diſpergeret ſanctum ac puſillum gregem, ex occultis inſidijs (vt ipſe opi-
nabatur) impetendo paſtorem. Melius illi erat (o melius melius) ſi natus non fuiſſet. Itaque quoniam
nox erat (plenilunium licet) & niſi noto loco deprǽhenſus capi non poſſet, illuc profectus eſt cum ſuis,
quo frequenter multa nocte ſubducere ſe ſolitus erat bonus paſtor. Et dixit. Sedete hic, donec va Matth. 26.
dam illuc & orem. Et aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedæi Iacobo & Ioanne, Marci. 14.
iuxta Matthæum & Marcum, Cœpit contriſtari & mœſtus eſſe, iuxta Matthæum. Pauere &
tædere, iuxta Marcum. Et ait illis, iuxta Matthæum & Marcum, triſtis eſt anima mea vſque
ad mortem. Conſiderandum eſt idque non tranſitorie quo mœrore affecti ſunt octo illi electi paſtu-
D res an potius oues quando iubentur in profundæ noctis ſilentio conſiſtere ſeoſſis a paſtore. Legimus in
numeris dicentem dominum ad Moſem. Tolle Aaron & filium eius cum eo, & duc in montem or, & nu-
dato parente, indue filium, & Aaron moriatur. Vide ergo mecum pergentes ſimul in montem tres iſtos Figura.
beatos viros, & quomodo iubente domino, morte interueniente: Aaron pontifex ſanus & valens, no-
lens volens ſeiungitur a fratre & a filio, & filius ab optimo parente. Num id ſiccis oculis fieri potuit? Sic
& hic. Amabilis erat apoſtolis præſentia Chriſti ſuper amorem mulierum, magis quam diliguntur, e-
tiam ſi ſint qualis Rachel qualis Thamar, qualis Dina, vel etiam Eſter, aut Abiſac. Ideoque ægre tule-
runt (crede mihi) vel ad momentum a paſtore ſeiungi. Duxit autem ſecum non omnes, ſed tres tantum, Matth. 17.
qui viderant Metamorphoſin illius, ne forte octo illi videntes dominum poſitum in agonia, deſponde- Gene. 42.
rent animum, ſed illachrymans (quod opinando dicimus) ſupra ſingulorum collum! Suſtinete me in-
quit, donec vadam illuc & orem. Poſitus igitur in oratione, cœpit contriſtari. Quod autem tres iſtos aſ-
E ſumit ſecum, ſolatium quærit a ſuis. Eſt enim aliquod ſolatij genus, apud amicos, & ſi nihil fiat opitu
laturi, queri de calamitate, dicente Iob. Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, quia Iob. 19.
manus domini tetigit me. Quid eſt autem, cœpit pauere, & tædere, & contriſtari & mœſtus eſſe? Et
quæ nobis reliqua ſpes eſt, ſi vita timet mortem? Si Tobias trepidat ante piſcem cetum illum magnum, Cap. 6.
dicens, domine inuadit me: Ad hæc ſciendum quod dominus aſſumpſit perfectam hominis naturam cum
omnibus affectibus qui futuri erant in Adam, ſi in natiua conditione perſeueraſſet, corpus paſsibile, a-
nimam ſenſibilem, & naturalibus paſsionibus obnoxiam, dicente apoſtolo, Hebr 2 Debuit per omnia
fratribus aſsimilari. Sed ea certe recepit, quibus mederetur nobis. Sed iuxta Anſelmum, nihil accepit quod Anſelmus.
CCC iiij conue-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

conueniret cum illo, in quo diſcordamus a deo. Suſcepit igitur ea quæ nobis expediebāt, & maieſtati ſuæ
non derogabant, ea ſunt, quæ communem hominis lapſi conditionem generaliter conſequuntur, ab his
quæ nobis ſigillatim accidunt abſtinens. Semoto autem peccato, ſecundum philoſophos ſimpliciter eſt
Mors. ex natura hominis mortem reformidare, quæ ſi non maximum, vltimum tamen terribilium eſt. Nil enim
tam intenſum naturæ eſt ꝙ mors, cuius proprium eſt interitum afferre, quem exhorreſcunt omnia quæ vi-
uunt, quoniam omne animal tueri vitam ſuam ſummopere auet. Porro quanto præſtantius eſt eſſe quod
aufert, tanto mors eſt formidoloſior, id eſt formidabilior. Certum eſt autem ꝙ nullum eſt eſſe præſtantius
quod queat eripi ꝙ vita, & vita hominis, & ipſius hominis, qui non pro decem milibus ſed pro vita totius
2.Reg 18. mundi comparatur. Non autem conuenit Chriſto perfectam hominis naturam tribuere, & id detrahere,
quo nihil eſt natura coniunctius, videlicet mortem timere, pauere, & contriſtari a memoria eius. Si igitur
Eſai 53. anima Chriſti de præſenti malo vere doluit, vere enim dolores noſtros ipſe tulit, ita vere de imminente F
morte Chriſtus triſtis eſt effectus, & pauere cœpit. Tria ſunt autem quę exaggerant mortis reformidatio-
nem, precium boni quod læditur, magnitudo mali quod infertur, & vtriuſque cognitio. Nos qui morte
digni ſumus, ſi quis mortem caſus intentet, exalbeſcimus & trepidamus, qui multo certe inferiores ſumus
Chriſto. 2. Interitum noſtrum nunquam tam certo metu formidamus, quin ſperemus meliora. Et ſi nulla
ſpe ſubleuemur, ignorantia certe noſtra hoc confert, vt tanto minus mortem formidemus, quanto minus
ꝙ ſit acerba cognoſcimus. Hæc omnia defuerunt Chriſto: Nec enim noſtræ mortis acerbitas cum illius
ſupplicio, nec noſter incertus metus cum illius certiſſima proſpicientia, nec noſtri plaſmatis vilitas cum il-
lius præſtantia conferri poteſt. Non ergo mirum ſi mortem vt homo timebat, quam non tantum animo
præſagiebat, ſed perinde ac oculis ſubiectam proſpiciebat, cuius omnes cruciatuū innumeros perfectiſſi-
me præſentiebat. Sunt autem formidabilium rerum præſentiū ſenſus acerbiſſimi, id ipſa experientia nos do G
cet. Vnde illud Matth. 14. Quarta vigilia noctis venit ad eos ambulans ſuper aquas. Et videntes eum ſu-
pra mare ambulantem, turbati ſunt dicentes phantaſma eſt, & præ timore clamauerunt, quod puerorum
eſt non virorum. Concedunt autem philoſophi ei quem fortem videri volunt, gemitum pauorem horro-
rem, negant eiulatum & clamores & muliebres complorationes. Cæterum iuxta ſtoicos & ſi nihil ſit ti-
mendum, niſi malum ſit, certe mors timenda eſt, quæ mala eſt, & patet ꝙ ſit mala, quam deus non fecit,
Sap. 1. Vnde Ambroſ. ideo faſtidit quod ipſe non fecit, a malo enim nata eſt, & ex re mala. A malo, quia inuidia
Ambroſi9 diaboli, ex re mala, quia ſtimulus mortis peccatum eſt. 1. Cor. 15. Quacunque enim hora comederis, morte moriêris
Gene. 2. vel mortalis eris. Ita ꝑ in quantum mors eius erat reconciliatio noſtra, eam ſumme ſitiebat dicens: Bapti-
ſmate habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiatur. In quātum autem peccati erat proles (ſti-
Luce. 9. pendia peccati mors. Rom. 6.) eam faſtidiebat. Ad hæc ſciendum ꝙ amoris natura hæc eſt, vt ſi vehemēs
ſit, abſorbeat corporis ſenſum, & ea faciat dulcia, quæ per ſe ſunt nimis acerba, id quod videre licet in Ia- H
cob viro non admodum iuuene, ſeruiente pro Rachele annis. 7. Imo & 14. & videbātur ei dies pauci præ
Amoris amoris magnitudine. Vnde & illud: Aſſatū eſt iam, verſa & manduca, ſed cur id non effecit amor in Chri
Gene. 29. ſto, quod fecit in martyribus? Quia in nobis alia vis animæ redundat in aliam, & vt quæque vehementior
eſt an ſecus, ita obruit alias vires, aut cedit. In Chriſto vero ſecus, ſed vnaquæque vis ſeu animæ ſiue cor-
poris (nihil impediente vel diuerſa vel ſimili) ſuum naturale munus perfecte peragebat, vt nec ſumma vo-
luptas ſummo dolori, nec dolor atrociſſimus ſummo gaudio poſſit obſiſtere, ſed omnia officium proprium
ſeruabant. Et licet omnis amor martyrum ſcintilla ſit amori Chriſti collatus, quo paſſus eſt, quantumuis ta
men quis vnꝗ hominum ſic exhorruit? Qui enim ſunt formidoloſi, frigido ſudore madeſcunt, at dominus
ſanguinem ſudauit, idq; toto corpore. Degeneres paueſcunt & paleſcunt, at dominus Chriſtus agoniza-
Chriſtus. uit, quod eſt agentium animam. Sed nunquid dicet propria quiſpiam, ꝙ amauit ardentius martyr, mem I
Actu. 5. brum, ſuo capite, quia illi ibant gaudentes ad crucem ſicut Andreas, & lætanter ad carcerē ſicut Agatha,
& Laurentius ex tanti ſtatu quaſi ſi leſtu molli alloquebatur Tyrannum? Abſit. Sed tunc tempus erat exē-
pla præbendi martyribus patientiæ, non alacritatis. Non enim multos habemus Andreas, Laurētios vel
etiam Paulos, quia multo plures imitati ſunt apoſtolum Petrum, qui ductus eſt ad crucē quo ipſi nole-
Ioan. 21. bat, volens. Et arbitror multis modis dominū Chriſtum abeſſe potuiſſe a moleſtia reformidationis de qua
dicitur, cœpit pauere. Primum hoc iam tenebat illa anima beatiſſima domini, quod noſtras pariter & cor
pora reddet & mortis & omnis doloris incapacia, puta cognitionem perfectam & fruitionem diuinitatis.
Poterat. 2. & humana quadam conſtantia & vigore rationis & neceſſitatem hanc fortaſſis & ſenſum cru
ciatuum aut eximere, aut certe multis partibus mitiorem reddere. Quid enim non potuiſſet, quod multi
Ethnici potuerunt? Qui ergo multis modis ſuum potuit temperare dolorem, mors enim ſua vita erat om-
niū: noluit tamen amore noſtri, ſed corpus aſſumpſit, quo nullum fuit vnquam algoris æſtus, laborū, inte-
dię doloris impatientius, & idem de omnia ſuo modo. Nihil ſibi paſſus eſt lenire ſenſum malorum noſtro-
rum, gaudium de viſa eſſentia diuina, nihil charitatem, quæ ſtultis etiam amatoribus moleſtiam adimit,
nihil inuictum animi robur quo fortes ſunt etiam ethnici. Nihil ſibi voluit opitulari innocētiam, qua pec-
catum non fecit, nihil gratiæ plenitudinem, nihil certiſſimam poſt treſ dies a mortuis reſurrectionē. Po-
ſtremo hoc nobis indulſit natura, vt in prægrandi malo ſere ſenſum noſtri nobis eripiat, ſicut patet in no-
bis immanibus. At anima Chriſti ad omnium dolorum ſenſum integra vigebat vſque ad momentū expi-
rationis, & ita perfecte vnum quodque corporis cruciatum vnum inquam e mille ſenſit, ac ſi in ſolus ſen-
ſit. Et ita vniuerſam corporis moleſtiam perſenſit, tanquā ſi nihil animo perſenſiſſet, & econuerſo. Et ita
corporis & animæ cruciamenta ſenſit, vt ſummam illius charitas nihil doloris minueret. Et enim quo in-
tenſius genus humanum amabat, hoc magis diſcruciabatur, ſuam mortem tam acerbam, quæ omnibus vi
tam con-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

tam conferte poterat, tam multis nihil profuturam imo nocituram. Merito ergo cœpit pauere quod om-
nis homo pauet, & tædere & mœſtus eſſe. Cœpit autem, ipſe enim ſe ipſum turbauit cũ voluit, & quã- Ioan. 11.
diu voluit & quantum voluit. Cœpit autem contriſtari iuxta Hieronymum, non timore patiendi, qui ad Hierony.
venerat, ſed propter infœliciſſimum Iudam, & ſcandalum omnium apoſtolorum & reiectionem populi Ionæ. 4.
Iudaici, & euerſionem miſeræ Hieruſalem. Vnde Ionas ſuper ariditate cucurbitæ contriſtatus eſt, nolens
perire quondam tabernaculum ſuum. Et ait illis. Supra modum triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.
Auguſtinus. Quantum bonum de participatione diuinitatis eius expectare debemus, cuius nos & pertur- Auguſt.
batio tranquillat, & infirmitas firmat! Poteſtate tamen turbatus eſt, non infirmitate, ne nobis deſperatio
ſalutis oriatur, quando non poteſtate ſed infirmitate turbamur. Triſtis eſt inquit anima mea. Græce plus
habet. Perilypos eſtin he pſyche mu, ideſt ſuper modum triſtis eſt anima: nam, peri, additum, exceſſum ſi- Lucę. 9.
A gnificat, nempe illum quem complecturus erat in hac nocte & ſequenti die in Hieruſalem. Vnde & quod
ſupra dixit, contriſtari & mœſtus eſſe, Græce eſt, lypiſthe Ke ademonin, ideſt dolere & grauiter angi. Nã
verbum, ademonin impotentem animi moleſtiam ſignificat. Valet igitur mœſtus erat ad mortem vſque:
hoc eſt quamdiu impleret exceſſum illum. Hilarius. Quid eſt, vſque ad mortem? Quia videlicet in morte Hilarius.
motu terræ, diei tenebris, diſciſſione veli, monumentorum reſeratione mortuorum reſurrectione, confirmã-
dam iam apoſtolorum fidem nouerat, quam nocturnæ cuſtodię terror, & in flagellis, alapis, ſputis, coro-
na, crucis onere & totius paſſionis ludibrio commouerat, nouiſſime damnato eo inter iniquos. Sciens er-
go dominus omnia hæc poſt mortem ſuam deſtitutura, ideo vſque ad mortem triſtis eſt, & ſcit hunc cali-
cem tranſire non poſſe, niſi illum bibat, cuius non parua portio ad immaculatam ſuam perueniet. Sed di-
cens: Conſummatum eſt, abſceſſit cito diſcipulorum metus. Poteſt autem ly vſque, exponi altero modo, vi- Ioan. 19.
delicet vt accipiatur intenſiue: quaſi dicat, adeo triſtis & mœſta, vt triſtior eſſe non poſſit, quia intrauerũt Pſal. 68.
reuera aquæ vſque ad animam eius, & hunc animi cruciatum notum voluit eſſe ſuis amicis, vt plane vide- Matth. 26.
B rent eum eſſe hominem, qui vere doluit & agonizauit. Sequitur. Manete hic, & vigilate mecum. Marci. 14.
Tempus enim hoc non ſomnium poſtulat, ſed quendam vigilem Argum, quique etiam num dormiens vigi-
let, quod tamen proprium eſt illius, qui loquitur in canticis, ego dormio & cor meum vigilat. Vigilate
ergo, quia Iudas non dormit, ſed feſtinat tradere me Iudæis, quo & ipſe pacta potiatur mercede. Cæterũ
dicens vigilate, præuidebat eos cito indulſuros ſomno, quod & rei exitus docuit. Et cum perueniſſet Luc. 22.
ad locum dixit illis. Orate ne intretis in tentationem. Et ipſe auulſus eſt ab eis quan-
tum iactus eſt lapidis, & poſitis genibus, *orabat dicens. Pater ſi vis transfer calicem*
iſtum a me. Hoc iuxta Lucam: *Matthæus. Procidit in faciem ſuam orans & dicens. Pater*
mi ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. Marcus procidit ſuper terram, & orabat, vt ſi
fieri poſſet tranſiret ab eo hora. Et dixit. Abba pater omnia tibi poſſibilia ſunt, trãſ-
fer calicem hunc a me. Tres euangeliſtæ. Verumtamen non mea voluntas fiat, vel quod
C ego volo, ſed tua, vel quod tu. De hoc ſacramento ita legimus Gene. cap. 32. Manſit Iacob nocte Oratio eſt i abſoluta.
illa in caſtris. Cumque mature ſurrexiſſet, tulit duas vxores & totidem famulas cum vndecim filijs, & trãſ-
ijt vadum Iaboch. Traductiſque omnibus quæ ad ſe pertinebant, manſit ſolus. Et ecce vir luctabatur cũ
eo vſque mane. Lucta hæc qua Iacob inualuit ad angelum iuxta Oſee cap. 12. Fletu & precibus paracta
eſt. Vide ergo mecum, quomodo Iacob oraturus (eſt enim oratio lucta quędam, qua omnipotentem fle-
ctere nitimur) omnibus quę ad ſe pertinent abire ſemotis, (matre videlicet immaculata & cęteris fœminis Figura.
quę illum ſequebantur, item apoſtolis vndecim) ſolus manet, tranſito torrente cedrorum, vt luctam con-
ferat cum angelo, & pronus in faciem ſuam, poſitis genibus, orat patrem, vt ſi fieri poſſet, tranſiret ab illo
hora. In quo inito pro nobis certamine, poſt longas preces & fletum (iuxta Paulum ad Hebr. cap. 5.) vi-
ctor: Claudus tamen ad triduum permanſit. Abba inquit pater, ideſt operator pater, ex quo omnia poſſi-
D bilia ſunt tibi, transfer hunc calicem a me. Origenes. Si ſine paſſione mea omnia bona illa prouenire poſ- Origenes.
ſunt generi humano: quæ per paſſionem ventura ſunt, tranſeat a me calix iſte. Paſſio enim & mors de ſe
non eſt appetibilis, ſed bene ratione vtilitatis annexæ. Pharmacum quoddam aceto plenum myrrhaque
& felle eſt mors iſta quæ calix vocatur (nam & in canticis dilectus faſciculus myrrhæ vocatur) & huiuſ- Cant. 1.
modi amariſſima potio quæ diuinitatem ad triduum ſoporauit, de ſe non erat bona, nõ deſiderabilis, *hau-*
ſit tamen illam Chriſtus Ieſus ſplendor patris, vt genus humanum conualeſceret ad vitam: *cui dictum eſt*
in primo parente: in qua hora comederis, morte morieris. Hilarius ita dicit. Tranſeat a me, *ideſt* quomo- Hilarius.
do a me bibitur, ita ab alijs bibatur ſine ſpei diffidentia, ſine ſenſu doloris, ſine *metu mortis*. Ideo autem Gene. 3.
ſi poſſibile eſt, quia carni & ſanguini horum grauis terror eſt, & difficile eſt *eorum acerbitate*. Corpora
humana non vinci. Vnde Paulus iuxta Abulenſem *vehementer cruciabatur a ſtimulo carnis ſuæ*: & cum Abulenſis
tertio oraret eundem ſermonem, forte non eſt exauditus, quia non ſubiecit, non mea voluntas ſed tua fiat. 2. Cor. 12.
E Accipit tamen aliquid, quo moderaretur ſtimuli illius effrenem acrimoniam. Si poſſibile eſt inquit. Et nũ
aliquid relinquitur, quod et an poſſibile ſit, incertum eſt? Et ſi nihil eſt impoſſibile patri, intelligendum eſt
ad cuius conditionem id quod ſi impoſſibile eſt; ſit relictum. Idcirco ergo orat a ſe tranſire calicem, ſi poſ-
ſibile eſt, quia cum patri omnia ſint poſſibilia, impoſſibile tamen eſt homini paſſionis terrore non vinci,
nec poſſit niſi per probationem fides noſci. Per calicem igitur paſſionis omnes tentandi erant, iuxta illud,
ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret: &c. Sed ego rogaui pro te patrem: vt negantis infirmitati vel do- Lucę. 22.
lor ſaltẽ pœnitentiæ non abeſſet: quia fides in eo non deficeret: quia pœniteret. Hieronymus ſuper Eſai. Hierony.
cap. 9. Si fieri poteſt, vt ſine interitu Iudæorum credat gentium multitudo, paſſionem recuſo. Si autem illi
excæcandi ſunt: vt omnes gentes videant: fiat voluntas tua. Expoſitio iſta myſtica eſt: Ariſtippus cũ olim Ariſtipp9.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

in naui periclitante turbaretur, interrogatus poſt euitatam ſcyllam, ecce philoſophus timuiſſet, non agi-
Pſal. 29. tur inquit par periculum de anima nebulonis, & nobilis philoſophi. Ac proinde ſi poſsibile eſt tranſeat
Hilarius. a me hora, & bene hora, quia ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Verumtamen nō
mea voluntas ſed tua fiat. Hilarius. Vellet quidem non pati, ne forte ſui in paſsione diffidant, ſed cohære-
ditatis ſuæ gloriam ſine paſsionis difficultate mereantur. Non ergo vt non patiantur rogat, dicens, non
vt ego volo, ſed vt (ait) quod pater vult bibendi calicis in eos ex ſe tranſeat firmitudo, quia ex voluntate
eius non tam per Chriſtum vinci viſibilis hoſtis, quam etiam per ſuos diſcipulos optabat. Et ideo tranſire ab
eo calix non poteſt, niſi illum bibat quia pati niſi ex eius paſsione non poſſumus, dicente propheta, qui ipſe
peccata noſtra dolores & imbecillitates portauit. Sic omnia poſſumus in eo qui induſtria infirmus appa-
Eſai 53. ruit. Ad hæc Hieronymus. Non quod ego volo. Quod ex hominis perſona trepidanter dixerat vel tenue
Hierony. rat, ex Dei filijque confirmat. Non fiat quod humano affectu volo vel loquor, ſed id propter quod de cælo P
in terram veni. Damaſcenus. Non mea voluntas, ſed tua fiat, idest ſecundum quod tibi ſum diſſubſtantialis
Damaſce. alterius que ſubſtantiæ, ſed tua, idest mea & tua ſecundum quod tibi ſum conſubſtantialis. Prius enim a na-
turali infirmitate tentata natura humana, & ſecundum ſenſum, eam quæ in ſeparatione a corpore cōpaſ-
ſionem paſſa anima domini, dixit, tranſeat a me calix, Secundum vero placitum bonæ voluntatis ſuæ ne-
rum diuina voluntate roborata, aduerſus mortem audaciam cœpit dicens, non ſicut ego volo. Simile eſt
illud Marci. Ingreſſus domum, neminem voluit ſcire, nec tamen potuit latere, Deo verbo complacente
per ſe ipſum demonſtrare, in ipſo veraciter eſſe humanæ voluntatis infirmitatem. Itaque permiſit deus ca-
ni, vt ſua patiatur, propter quod præſentem & in ianuis mortem formidat, tamen non mea voluntas ſed
tua fiat. Flexit autem genua iuxta quod homo erat, et qui loquitur apud Eſaiam, cap. 45. Mihi curuabitur o-
mne genu. Cæterum Phariſæus quoniam non erat ſicut cæteri homines, (ipſe dixit) ſtans orabat, & ora-
tio eius execratio erat. Origenes. Suſcipiens ergo dominus naturam carnis humanæ, omnes proprietates O
Origenes. impleuit, vt non in phantaſia habuiſſe carnis extimaretur, ſed in veritate, ſecundum quod dicit, tranſeat a
Luc. 15. me calix iſte, ſed non ſicut vult ipſe, &c. Quoniam proprium eſt omnis hominis fidelis, primum quidem
nolle pati aliquid doloris, maxime quod dicit, vſque ad mortem, quia homo eſt carnalis. Si autem ſic volue-
rit deus, acquieſcere etiam contra voluntatem ſuam, quia fidelis, ne plus videatur in ſe deſperare, quam in deū
ſperare. Nam ſicut multum confidere non debemus, ne noſtram virtutem videamur profiteri, ſic multum
puſillanimiter agere & diffidere non debemus, ne Dei adiutoris noſtri impotentiam videamur pronun-
tiare. Non inquit ſicut ego volo, docens nos per hoc, vt non oremus noſtram fieri voluntatem, quando
factum fuerit, vt aliquid aliud velimus quam deus. Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dor-
Matth. & mientes, & dixit Petro. Marcus, Simon dormis? Non potuiſti vna hora vigilare? Hoc
Marcus. Matthæus ad omnes tres dictum refert, cum dicit. Sic, vel adeo non potuiſtis vna hora, &c.
Matthæus & Marcus. Vigilate & orate vt nō intretis in tentationem, Spiritus quidem H
promptus eſt, caro autem infirma, imminente igitur procella, oculi apoſtolorum grauantur ſom-
no (Ionas in naui) ſomnus enim ille præpoſterus, figura erat, illos cito oppreſſum iri ſopore infidelitatis,
Et tamen cum tres dormirent, Petrus nominatim reprehēditur, qui nec vel vna hora potuit vigilare, qui
ſingulare promiſerat, ſe cum domino in carcerem & in mortem iturum, adeo vt cæteros in eandem vanā
pollicitationem traheret, Tu es inquit, qui te commoriturum mihi promittebas? Et vide humanam infir-
mitatem, quandoquidem neque ſomno poſſumus obſiſtere, & promittimus ſæpe quæ nobis impoſsibilia
ſunt. Vigilate inquit, tempus enim præſens non fulcrones, ſed argos expoſtulat. Sylla Romanus dux cum
Sylla. inſtantibus militibus Archelai, milites ſuos fugam capeſſere vidiſſet, deſiliens ab equo, correpto ſigno, per
mactantes in hoſtem conuolat, & vociferat: Mihi quidem o Romani milites hic pulchrum eſt mori, vos
autem cum rogabimini, quonam in loco imperatorem veſtrum perdidiſtis, dicere mementote, in Orcho-
meno (locus erat pugnæ) quo dicto, rediocantur. Vos igitur milites Chriſti qui excubias iuſsi eſtis obſerua- I
re, ſi vobis ſtertentibus, paſtor rapiatur ad mortem, rogati de duce veſtro: quid dicturi eſtis? Num illud,
Venit cohors Romana, duce Iuda, & rapuerunt eum? Vigilate igitur & orate, ne intretis, &c. Triſtitia
igitur magnitudine preſſi apoſtoli, ſomnum vincere non poſſunt, & nihilominus vigilare iubentur &
orare. Ambroſio. Certe ſi de vigilando tantum, non etiam de orando diſcipulos admoneret, ſolas liberi ar-
Ambroſi9 bitrij vires videretur hortatus. Sed cum addidit, & orate, ſatis docuit, ſuperni futurum muneris, vt cōſtā
vigilantes tentationis procella non vinceret. Habebat ergo Petrus ſemper deſiderium moriendi pro Chri-
ſto, verumtamen conſtantiam ad opus non acceperat, vnde audiuit, non potuiſti vna hora vigilare me-
cum. Non decet Petre nō decet paſtorem in vtramuis aurem ſolidam noctem dormire. Sed Petrus paſtor
excitatur a paſtorum principe vt vigilet & oret: Ne intret in tentationem, quia iuxta Hieronymum, im-
Matth. 6. poſsibile eſt humanā animā nō tentari. Vnde oramus, ne nos inducas in tentationē, quā ferre nō poſsimus, F
non tentationem penitus refutantes, ſed vires ſuſtinendi in tentationibus deprecantes. Non ergo dixit, o-
Hierony. rate ne tentemini, ſed ne intretis in tentationem, hoc eſt ne tentatio vos ſuperet & vincat, & vos intra
caſſes teneat. Sunt enim multi boni veri que paſtores, qui etiam dormientes vigilant, ſicut Iacob Gene 28.
Denique Petrus qui nunc dormire dicitur, accepto ſpiritu ſancto, etiam dormiens vigilabat. Actu cap. 10.
Hierony. Sunt autem & alij qui vigilantes dormiunt. Spiritus quidem promptus eſt: caro autem infirma. Hierony.
Prouer. 30. Hoc aduerſum temerarios, qui quicquid crediderint, putant ſe poſſe conſequi. Itaque quantum de ardore
mentis confidimus, tantum de carnis fragilitate timeamus, quæ reuera ad bonum ſemper eſt retrograda,
ad malum procax importuna, & quæ nunquam dicet ſufficit, ſed moleſta eſt adoleſcentiæ per ſingulos dies.
Origenes. Gene. 39. Origenes, Non eſt ergo aliquando confidendum in ea, ſed ſemper timendum quia in cauta confi-
dentia

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

dentia ad iactantiam ducit timor autem infirmitatis ad auxilium Dei confugere ad hortatur. Quærendum autem eſt, vtrum ſicut omnium hominum caro infirma eſt, ſic omnium ſpiritus promptus ſit, an omnium quidem hominem caro infirma, ſanctorum autem tantum ſpiritus promptus ſit. Cum autem caro infirmatur ab operibus carnis, tunc ſpiritus fortificatur, & creſcit in virtute. Sic Iacob vno & eodem tempore & Gene. 32.
claudicabat in carne, & præualuit contra angelum. Vnde Paulus carnem caſtigat, ne inſoleſcat cum Agar 1. Cor. 9.
concepto fœtu, & allidit paruulos eius ad Petram, ipſam vero parentem non occidit. Caro inquit apo- Pſal. 136.
ſtolus, Concupiſcit aduerſus ſpiritum. Chryſoſt. Caro quidem non eſt de numero eorum quæ mouent, ſed Chryſoſt.
quæ mouentur & aguntur, nec enim agit. Concupiſcere autẽ animi eſt non carnis. Tamen caro quæ corrumpitur aggrauat animam & deprimit quaſi compedes quædam quibus detinetur ne ſequatur impetum ſpiritus. Carnem ergo appellat cogitationem terreſtrem ſocordem & nociuam. Caro inſtrumentum eſt
A animæ, inſtrumentum autem nullus odit, ſed eum potius, qui organum male tractat. Itaquẽ non corporis & animæ quorum magna eſt concordia (nemo enim carnem ſuam odiuit Eph. 5.) ſed malarum ac bonarum cogitationum pugnam ponit apoſtolus, dicens, caro concupiſcit, &c. Rurſus iterum abijt, & orauit eundem ſermonem dicens. Pater mi ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum, fiat voluntas tua. 16. diſt. cap. habeo librum. Iuxta Matthæum & Marcum. Ad hæc Origenes. Origenes.
Quod dicit, ſi nõ poteſt, non ad potentiam Dei referebat ſolum, ſed etiam ad iuſticiam eius, quoniã quidem potentiæ Dei omnia poſſibilia ſunt, ſiue iuſta ſiue iniuſta. Quãtum autem ad iuſticiam eius qui nõ ſolum potens eſt, ſed etiam iuſtus, non ſunt omnia poſſibilia, ſed ea tantum quæ iuſta ſunt. Orat autem ſecundo vt ſi Niniue aliter ſaluari non poteſt, niſi hædera, fiat voluntas patris. Si non poteſt Nauis ſalua Ione. 4.
eſſe & debitum tenere portum, niſi Ionas deuoretur a ceto, fiat voluntas tua. Si Agar cum prole excludẽ- Gene. 21.
da eſt ab hæreditate liberæ, quia manus miſit in hæredem, fiat voluntas tua. Quid eſt autem illud Eccle. 7.
B Ne iteres verbum tuum in oratione, ſi dominus tertio eundem ſermonem orauit dicens pater pater, pater? Sed hac ſententia nequaquã prohibemus ſæpe veniam petere, & eundem replicare ſermonem, ſed prohibemus culpas iterare, & rurſus eadẽ aberrare chorda. Greg. Curandũ eſt ergo, ne ad hoc rurſus prouat animus, Origenes.
vnde a modo proſtrata iacebat, ne dum deplorata iterum culpa committitur, in conſpectu iudicis iuſti ipſa quoque noſtra lamenta leuigentur. Vnde illud ex libro Iudi. cap. 10. Filij Iſrael peccatis veteribus iungentes noua. Vide bonum textum. Et venit iterum & inuenit eos dormientes, erant enim oculi eorum grauati, iuxta Matthæum & Marcum. Sequitur ex Marco. Et ignorabant quid reſponderent ei. Vigilabat igitur bonus paſtor ſupra puſillum gregem, ne quos paterentur in curſus beſtiarum. Si enim ab oculis Iacob recedebat ſomnus, *vt ne captum aliquid a beſtia oſtenderet ipſi Labã,* Gene. 31.
cuius oues paſcebat, multo id magis facere *decebat eum, qui relictis 99. ouibus in montibus,* vnam quæſi- Luce. 15.
turus venerat. Quod autem oculi grauati erant, grauem eorum fore ruinam figurabat, vt pote qui deſer- Ioan. 17.
C to illo, in propria abituri eſſent, & qui vix dũ dixerant: nunc ſcimus, ꝙ ſcis omnia, & ſcimus ꝙ adeo exiſti, nunc ſomno grauati, non ſatis intelligunt, quid reſpondeant compellanti domino. Dormitabãt & iſti Matth. 17.
tres in viſione illa beata domini transfigurati, & neſciebat Petrus quid diceret. Dormiunt & hic inſpectaculo infirmitatis, ibi admiratione, hic triſticia prægrauati imminentis procellæ ſuper domum Iob, ſed poſt triduum reædificabo illam. Ioan. 2. Et iſti ſunt quibus tanquam fidelioribus & fortioribus dicitur, ſuſtinete hic, & vigilate mecum, quaſi diceret. Et ſi alijs octo diſcipulis dixi, ſedete hic, donec vado illuc orare: & Origenes.
addaxi vos vſque huc, nolo vos vlterius progredi, nec dum enim poteſtis. Propter hoc manete hic vigilãtes, ſicut & ego vigilo, ſcientes quoniam cæteros quidem iuſſi ſedere ibi quaſi infirmiores, ab agone iſto ſeruans eos ſecuros, vos autem quaſi firmiores adduxi, vt mecum collaboretis in vigilijs & orationibus.
Tamen & vos manete hic, vt vnuſquiſque in gradu ſuæ vocationis conſiſtat, quoniam & omnis gratia 1. Cor. 7.
quamuis fuerit magna, habet & ſuperiorem. Diſcamus igitur non magna de nobis ſapere, ſed humilia æ- Rom. 12.
D ſtimare, nec veloces eſſe ad promittendum, ſed ſolliciti ad orandum. Et relictis illis, iterum abijt, & orauit tertio eundem ſermonem dicens, iuxta Matthæum. Sequitur ex Luca. Apparuit autẽ illi angelus de cælo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Et quo conſequitur ꝙ inexplicabilibus ſuſpirijs clamabat ad patrem. Docuit autem nos dominus per hoc ipſum ꝙ tertio orauit, vt non deficiamus in oratione, ſed ſimus improbi & importuni, vſque ſepties & ſi res fert oremus ſeptuagies *ſe-* Luce. 11.
*pties*, donec impetremus non tantum tres panes ſed, quotquot habemus neceſſarios. Vide autem *mecum* ꝙ Ezech. 1.
& dominus Ieſus ibat & reuertebatur in ſimilitudinẽ fulguris, quia permiſit carni ſuæ *agere & pati pro-* Luce. 10.
pria, hoc eſt, a quiete Mariæ, reuertebatur ad exercitium Marthæ. Apparuit autem *illi angelus domini,*
confortans eum. Intuere dominum Chriſtum in forma ſerui aſſumpta, dum *medium ſilencium* tenerent o- Philip. 2.
mnia: omni humano auxilio deſtitutum, ac veluti vnum ex communi *hominum cœtu* ceu ſolitarium, in 1. Reg. 1.
E oratione cor ſuum effundentem ante patrem, & confer cum eodem in *monte transformato.* Hic nuſquam
facies ſolis in morem fulgens, nuſquam veſtis niue candidior: nuſquam *Moſes & Helias confabulantes,* Luce. 5.
nuſquam paterna vox, non cœlos reſeratos videbis, non angelos *concinentes,* & noctem in diem verſum, Luce. 2.
ſed hominem prima fronte omni vt prædicitur humano nudatum auxilio (ſicut diximus in in præcedentibus de Iacob) adeoque deſtitutum, vt angelo confortaretur: rem videlicet quæ omnem fidem humanam excedit. Quid enim ego audio? Angelos legimus ſtantes & circunſtantes thronum diuinæ celſitudinis, an- Dani. 7.
gelos domino obſequentes, ſeraphim clamantes. S.S.S. dominus deus, angelos velut aſtra matutina iubilantes Deo ſalutario ſuo, Iob, 38. Angelorum decem milium curru venientem dominum, angelos ſcalam te- Eſai. 6.
nentes, miſſos in terram, ab eo qui ſcalæ hærebat in miniſterium eorum qui hæredes erunt vitæ æternæ. Heb. 1.

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Hebr.1. Angelos deputatos cuſtodiæ rationalis creaturæ. Matth.18. Angelum autem cōfortantem dominum ſuum vbi legimus? Nonne ipſe in conſequentibus dicturus eſt, poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus q̃. 12. legiones angelorum? Nonne ipſe eſt qui vnico verbo proſtrauit totam cohortem
Matth.26. infidelium? Ioan.18. Sed iā audiſti in præcedentibus, quomodo in myſterio Iacob confortatus eſt ab an-
Gene.32. gelo, ſicut & Tobias cum inuaderetur a ceto illo magno. cap.6. Debuit enim per omnia fratribus aſſimi-
lari, vt miſericors fieret, diſcens ex ijs quæ paſſus eſt (Hebr.2.) Quia & ipſe circundatus erat infirmitate,
de qua nunc ſequitur, & factus in agonia, prolixius orabat. Agonia nihil aliud eſt q̃ vehemens quidam
Hebr.5. angor, qui communiter ſolet accidere iam mortem animo conuentibus, qui quidem affectus ſolet non-
Thomas. nunquam eſſe ipſa morte grauior. Iuxta S. Thomam, 1.2.q.41. Agonia eſt timor mali extrinſeci, cui reſiſti
non poteſt propter improuiſionem: Et hæc fuit in Chriſto ſecundum partem ſenſitiuam tantum. Ad hæc
Hierony. Hieronymus. Saluator meus in paſsione ab angelo confortatur, & homo caro & non ſpiritus non indiget F
auxilio Dei, habens liberi poteſtatem: & tam vehementer orabat, vt guttæ ſanguinis prorumperent ex
Gregorius parte (47000) quem totum erat in paſsione effuſurus. Gregorius lib. Mor. 24. cap.17. Redemptor noſter ſo
lutioni carnis appropinquans, & membrorum ſuorum pręſe ferens ſpeciem, factus in agonia, cœpit pro-
Luc.23. lixius orare. Quid enim pro ſe ille cum in agonia eſſet, peteret, qui in terra poſitus imo in cruce pendens cę
leſtia cum poteſtate tribuebat? Sed appropinquante morte, noſtræ mentis in ſe certamen expreſsit, qui vim
quandam terroris ac formidinis patimur, cum per ſolutionem carnis ęterno appropinquamus iudicio Nec
enim tunc cuiuſlibet anima immerito terretur, quando poſt puſillum hoc inuenit quod in æternum muta-
re non poſsit. Quis noſtrum vitam præcedentium patrum valeat vel ſuperare vel aſſequi? Et tamen Da-
Pſal.142. uid dicit, non intres in iudicium cum ſeruo. Paulus cum diceret: nihil mihi conſcius ſum, caute ſubiunxit,
ſed non in hoc iuſtificatus ſum. 1. Cor.4. Poſitus igitur in agonia pax noſtra rex regum, cuius omne genu
Ioan.10. flectitur triplicis Monarchiæ, & cui inceſſabili triſagio ſeraphin proclamant ſanctus. S.S. dominus deus G
Ioan.12. Sabaoth, (id autem immaculatæ quæ ignotum erat, vnicum ſuum ingreſſum campum duelli, ope huma-
na egere) orabat prolixius. Et vſque adeo prçualuit in eo ea quæ fortior eſt morte dilectio, vt creatorem
Auguſt. ſuum creatura confortauerit in primo conflictu cum mortis autore, languentem amore. Rogo te angele
Theophy. Dei, quem confortas? Dei virtutem? Quem conſolaris? Vitam æternam & beatam? Cui blandiris? Nonne
ei qui dixit, nemo tollit animam meam a me? Et rurſus, nunc princeps huius mundi eijcietur foras? Ioan.12.
Philoſop. Nihilominus tamen poſitus in agonia, adeo tædio affectus eſt & mœrore de inſtanti patibulo, vt factus
ſit ſudor eius velut guttæ ſanguinis decurrentis in terram, vt vere egeret confortatione angelica, in quo
*myſterio præfigurabatur iuxta Auguſtinum*, de corpore ſuo manatura martyria. Itaq; ex vehementi an-
*xietate ſenſualitatis quæ permittebatur* agere & pati quod ſuum erat, fiebat vt non ſolum humores exiret
per ſudorem, ſed cum hoc aliquid de ſanguine ſudorem tingente. Non inquit tenuibus quibuſdam inditijs
& oſtentationis gratia apparentibus, ſed fluentem fortiter ſudorem ſtillauit, & collegit ſecum riuos ſan- H
guinis, Philoſophus lib.4. De partibus animalium ita dicit. Nonnullis accidit, vt cruentum quoddam ex-
crementum ſudarent, quando corpus laxum fluxumq; eſſet, ſanguiſq; præ cruditate humeſceret imbecilli-
Lucæ.9. tate caloris, qui exiguus venulis incluſus, conquoquere non poſſet. Et hinc colligi poſſet cauſa aliqualis
Num.15. ſudoris huius, ſi tamen tanti myſterij cauſam ſcrutari fas ſit & non potius adorare & exoſculari hunc ve-
rum amoris exceſſum, hoc nouum genus baptiſmatis, quo in ſanguine tinctus eſt botrus ille mirę magni-
Luc.7. tudinis, in extimabilis ſuauitatis, & nunquam digne admirandę charitatis. Sudauit igitur ſudore ſangui-
Iudi.6. neo, nec tamen adeſt vna aliqua bona peccatrix quæ ſudorem hunc ſuo crine detergat: expreſſum e ſacro
Num.36. illo vellere, poſito in area hac nocte, exprimendo in cruce rurſus clauis & lancea & ſpinis. Confortatur igi
tur dominus ab angelo dicente: mors tua paſtor bone ſalus eſt ęterna, & pax vera, & mortis interitus, &
reſtitutio homicidę exulis in patriam ſuam, expulſio principis tenebrarum, peccatorum remiſſio, reſeratio
Ioan.12. cęleſtium, eſto vir fortis, calix omnino hauriendus eſt tibi, poſt triduum reſurges. Gloria tibi Chriſte. I

## Caput.ij. Dormite & requieſcete. De aduentu Iudæ cum cohorte Romana. De ſigno proditoris quod dederat eis, videlicet oſculum dicens, quē oſculatus fuero, ipſe eſt. Aue Rabbi. Amice ad quid ades? Iuda oſculo filium hominis tradis? Quem quæritis? Ieſum Nazarenum. Abierunt retro. Iterū rogati quem requirant, idem reſpondent. Si ergo me quæritis.

CVm ſurrexiſſet autem ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormientes præ triſticia. & ait illis. Quid dormitis? iuxta *Lucam*. Matthęus & Marcus, Dormite iam & requieſcite. ſufficit. Matthęus & Marcus. Venit hora, vel ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus, ecce qui me tradet prope eſt. Marcus. K Poſtquam igitur tertio orauit eundem ſermonem, quo facto oſtendit & docuit eccleſiam, orationem frequentandam, ſed cauendum a prolixa precum oratione, qualis erat Phariſęorum, reuerſus ad diſcipulos, & offendens eos dormientes, exprobrat illorum ſocordem ſomnolentiam dicē. Quid
dormitis! In tanto videlicet periculo conſtituti. Nauis periclitatur conteri, & Ionas deſcendit ad interiora
Luc.1. eius, & cęteris ſatagentibus cum Martha circa multa, in alleuianda videlicet naui, ipſe dormit ſopore gra
Ione.1. ui, cito futurus præda ceti, ſed ego rogaui pro te. Luc.22. Quid inquit dormitis, quos conflictus mei vole-

bam eſſe

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

bam eſſe oculatos teſtes? Nunc autem res mihi non ſucceſsit pro voto. Sed ſi iuxta veſtram opinionem in
pace ſunt omnia, dormite & ſtertite, & videtur ironice loqui, ſequitur enim ex Marco, ſufficit. De grui-
bus dormientibus. Plin. li. 10. cap. 23. Dicitur veriſimiliter ꝙ dominus Chriſtus poſt ꝗ vltimo rediȷt addi-
ſcipulos, & offendit eos dormientes ipſe decubuit in terra, & ſuppoſito lapide ſicut olim Iacob, paululum Gene. 28.
conquieuit. Sed quia dormiens vigilabat, & abſens, aderat, intelligens feſtinare Iudam, qui ex conuiua
factus fuerat dux cohortis Romanæ, ſurgite inquit eamus: venit hora imo iam aderat, & filius hominis
tradetur in manus peccatorum, & Samſon Nazareus attonſis crinibus ſeptem, fraude dilectæ ſuæ Dali- Iudi. 16.
læ, tradetur manibus philiſtinorum, & arca teſtamenti infere tur in templum Dagon. 1. Reg. ca. 5. Sequitur.
Iudas ergo cum accepiſſet cohortem, & a pontificibus & Phariſæis miniſtros, venit Ioan. 18.
illuc cum lanternis & facibus & armis. Marcus & Matthæus, qui autem tradidit eum, de-
A dit illis ſignum dicens. Quemcunq; oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, Marcus: ab-
ducite tuto. Quod Ioannes dicit, cum accepiſſet cohortem, Matthæus dicit turbam multam, idem &
Marcus. Quod Ioannes dicit, a pontificibus & phariſæis miniſtros, Matthæus & Marcus dicunt cū tur-
bam tum & cæteros omnes miſſos fuiſſe a principibus ſacerdotum & ſenioribus populi, qui his prȷs iuxta
ac religioſis auſpicijs ſuum paſcha auſpicabantur. Cohors iuxta veritatem. 550. Pedites continet, equites
autem. 36. Cyrillus. Quomodo Iudas cohorti perſuaſit? Militares erant viri, & mercede omnia audebant.
Cohors igitur non Iudæorum erat ſed Romanorum, aderant tamen & ibi multi ex Iudæis ſicut dicitur in
conſequentibus. Auguſtinus. A præſide itaque intelligatur accepta cohors, tanquam ad tenendum reum, Auguſt.
ſeruato ordine legitimæ poteſtatis, vt nullus tenentibus auderet obſiſtere, quanquam & manus tanta fue
rit congregata, & ſic armata veniebat, vt vel terreret vel etiam repugnaret, ſiquis Chriſtum defendere au-
deret. Sed quæ fortitudo contra noſtrum Samſonem: qui leonem dilacerauit, qui ter centum vulpes cepit, Iudi. 15.
B duos vel plures nouos funes rupit quaſi fila telarum: mille viros vnica aſini mandibula ſtrauit: iterumque
ſeptem nouos funes neruiceos rupit quaſi filum de ſtuppa tortum, qui portatis ciuitas Gazæ ſublatas hu
meris, portauit vſque ad verticem montis? Sed tamen quia moriturus venerat, vt filios Dei congregaret Ioan. 11.
in vnum, permiſit ſe tondeti, ſimulando ſomnum & ſoporem. Dederat autem eis traditor ſignum. i. ſym-
bolum vel teſſeram, dicens, quem ego oſculabor ipſe eſt. Græce ſyſimon dicit, quod ſonat commune ſignū
de compoſito datum, cuiuſmodi ſunt quæ milites vocant ſymbola, quorum alia ſunt vocalia alia muta.
Hieronymus. Quia forte audierat Chriſtum in monte transfiguratum, timebat ne ſimili transformatione Hierony.
elaberetur e manibus miniſtrorum tanti ſceleris, & ipſi periret omnis labor & impenſa. Non enim acce-
perat. 30. argenteos, ſed pacti fuerant cum eo, vt ꝙ primum eum traderet, acciperet & ipſe pactam merce-
dem. Dat ergo ſignum pacis, alias autem teſſera erat quæ datur volentibus conſerere manus cum hoſte.
Tamen adhuc habet aliquid de verecundia diſcipuli, cum non eum palam tradit perſequutoribus, ſed per
C ſignum oſculi. Ducite inquit caute. Origenes. Venit ad nos traditio talis de domino Ieſu, quoniam non ſo- Origenes.
lum duæ formæ in eo fuerunt, vna quidem ſecundum quam eum omnes videbant, altera ſecundum quam
transfiguratus eſt in monte, ſed etiam vnicuique apparebat ſecundum quod fuerat dignus. Et cum fuiſſet
ipſe, quaſi non ipſe omnibus videbatur, ſicut quod de mana ſcriptum eſt, ꝙ deſiderio vniuſcuiuſque obſe- Sapien. 16.
quens, ad quodquiſque volebat vertebatur. Et non mihi videtur incredibilis traditio hæc, ſiue corporali-
ter propter ipſum Ieſum, vt alio & alio modo videretur hominibus, ſiue propter ipſam verbi naturam, ꝙ
non ſimiliter cunctis appareret. Secundum ergo hoc neceſſarium habebant qui eos duceret ad Ieſum, & o-
ſculo oſtenderet, Iudam, qui propter multam conuerſationem cum Ieſu, intelligebat transformationes e-
ius, ſecundum quas ſuis apparere ſolebat. Simpliciter tamen dicendum eſt, ideo iudam dixiſſe, ducite cau-
te, quia cauerent hoc ſummi ſacerdotes, ne pecunia ei numeraretur, donec Ieſus eſſet in manibus eorum.
Nam & principes Philiſtinorum pecuniam etiam pacti ſunt ſed multo copioſiorem cum Dalida, ſi deci- Iudi. 16.
D peret Samſonem & traderet eum in manibus eorum, quia vere pecuniæ obediunt omnia. Eccle. 10. Sequi-
tur Lucæ. 22. Et ante cedebat eos, & appropinquauit Ieſu, vt oſcularetur eum. Matthæus
& Marcus: Et accedens ad eum ait, Aue Rabbi. & oſculatus eſt eum. Matthæus, dixit q;
illi Ieſus. Amice ad quid veniſti, Lucas. Iuda oſculo filium hominis tradidis? Impletum
eſt igitur quod veritas prædixerat, quæ mentiri neſcit, qui manducat mecum panem, leuabit contra me
calcaneum. Ioan. 13. Et illud ex Pſal. 54. Tu vero homo vnanimis dux meus & notus meus. Duodecim du
ces præfeceram gregi meo, & qui terram explorarent, quæ fluit lacte & melle (Num. 13.) quorum de nume
ro erat in fœlix homo iſte, & quem ducem ad vitam alijs præfeceram, factus eſt mihi dux ad mortem, per
ſymbolum pacis. Grande pro inde malum & inſanabile eſt hoc, periculum videlicet in falſis fratribus, 2. Cor. 11.
quod Paulus enumerato catalogo malorum ſuorum, vltimo loco collocauit. Vnde Antipater cum Par- Antipater
menioni duci mortem ab Alexandro illatam accepiſſet, ſiquidem Alexandro inquit Parmenio inſidiatus Gene. 4.
E eſt, cui fidendum. Sin minus, quid agendum? Si Cain inſidias tetendit fratri ſuo Abel iuſto & bono, quiq; 2. Reg. 18.
ei nihil nocuerat, cui fidendum? Si Abſalon inſidias moliebatur parenti ſuo viro iuxta cor Dei, cui fiden-
dum? Tamen quicquid dicere poſsimus ex ſacra ſcriptura ex hiſtorijs gentium Græcorum vel Barbarorū
multo inferiora ſunt, vt cum hac delatione conferri poſsint, in qua ſeruus tradidit redemptorem, precio de-
nariorum. 30. Ideoq; nihil aliud eſt dicendum, ꝗ illud, amice, cuius pedes laui, Iuda villice iniquitatis, vnus
es duodecim, oſculo, amoris ſymbolo tradis (precio admodum ingenti) filium Dei, filium hominis, filium
immaculatæ? Sicque ſymbolo amoris vteres in teſſeram parricidȷ. Vide tamen. 2. Reg. cap. 20. Acceſsit Eſai. 7.
igitur Iudas, vt oſcularetur eum, os videlicet illud quod toties ſua immaculata cum adhuc mel manduca- Canti. 1.
ret & butyrum ſuauiata fuerat, non ſine inexplicabili dulcedine animæ ſuæ. Vnde illud, oſculetur me non
oſe ſuo,

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO